MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80523-13

AUTHOR:

GALLE, PAUL LUDWIG

TITLE:

DE ISOCRATIS ORATIONE...

PLACE:

DRESDAE

DATE:

1883

Master Negative #

92-80523-13

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books        FUL/BIB   NYCG92-B13511          Acq Maintenance  NYCG-NEH
FIN ID NYCG92-B13511 - Record 1 of 1 - Record updated today
+
  ID:NYCG92-B13511          RTYP:a    ST:p   FRN:   MS:   EL:      AD:02-26-92
  CC:9668  BLT:am     DCF:    CSC:d  MOD:    SNR:      ATC:       UD:02-28-92
  CP:gw     L:lat     INT:    GPC:   BIO:    FIC:0     CON:
  PC:s      PD:1883/          REP:a  CPI:0   FSI:0     ILC:        II:0
  MMD:d     OR:?   POL:b   DM:d   RR:c???    COL:b     EML:a      GEN:c  BSE:a
  040      NNC‡cNNC
  100 1    Galle, Paul Ludwig,‡d1859-
  245 10   De Isocratis oratione trapezitica‡h[microform].‡cScripsit P.L. Galle.
  260      Dresdae,‡bTypis O. Lehmanni,‡c1883.
  300      38 p.
  LDG      ORIG
  QD       02-26-92
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4-2-92 INITIALS SA

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

DE ISOCRATIS ORATIONE TRAPEZITICA.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
LIPSIENSI
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

P. L. GALLE
DRESDENSIS.

DRESDAE.
TYPIS O. LEHMANNI.
MDCCCLXXXIII.

De Isocratis oratione septima decima quae dicitur Trapezitica expositum necesse mihi uidetur esse, pauca in uniuersum de rhetoris illius orationibus in fori usum conscriptis praefari. Etenim cum explorandum mihi proposuerim, num iustae sint dubitationes a nonnullis uiris doctis de genuino orationis Trapeziticae ortu prolatae, fieri non potest, quin antea quo tanquam fundamento dissertatio nitatur quaestio illa iam a ueteribus tractata paucis exponatur, composueritne Isocrates omnino orationes iudiciales necne.

Neque mirandum est ortam esse hanc controuersiam, cum orator ipse compluribus locis neget se causas dixisse atque uehementer inuehatur in eos, qui orationibus pro aliis scribendis sese dederint[1]). Qua in re prorsus consensisse cum patre Aphareum, filium adoptiuum, testis est Dionysius Halicarnassensis[2]). Sed contrarium erat testimonium Aristotelis, multos fasciculos istiusmodi orationum circumferri apud bibliopolas narrantis[3]). Sed neque huic neque illis certam hac in re fidem esse habendam rectissime et Dionysius iam cognouit et nostra aetate denuo affirmaverunt uiri docti, praeter ceteros Bake[4]) et Halbertsma[5]); longe profecto locupletius est testimonium Cephisodori, discipuli Isocratis Dionysio teste studiosissimi et sincerissimi, qui in libris *ἀντιγραφαὶ πρὸς Ἀριστοτέλη* inscriptis maximaque laude a Dionysio elatis, praeceptorem a philosophi illius obiurgationibus defendere suscipiens hoc tradiderat, scripsisse eum quidem orationes forenses, sed non multas[6]).

1) XV 1 sqq. 40 sq. IV 188.

2) Dionys. Hal. De Isocr. XVIII (uol. V. pag. 576 R.).

3) ibid.

4) Joh. Bake, Scholica Hypomnemata. Uol. III. p. 66.

5) Halbertsma: Quaestiones Isocrateae. Quaest. II. Mnemosyne. Uol. IV. p. 220 sqq.

6) Dioys. XVIII: *πιστεύων γεγράφθαι λόγους τινὰς ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς εἰς δικαστήρια, μὴ μέντοι πολλούς.*

Apparet autem quanto pluris habendum sit hoc Cephisodori testimonium quam illud Aristotelis, qui inimicissimus erat Isocratis, atque huius ipsius, quem postea, cum totus in orationes demonstratiuas et deliberatiuas componendas incubuerat, despecto logographi munere quondam esse functum puduisse credendum est.

Quae cum ita sint, iam hoc tenendum esse statuo, quaestionem illam diiudicari Cephisodori testimonio, cuius auctoritatem Cicero quoque secutus est in Bruto[1], neque posse negari, Isocratem scripsisse orationes iudiciales.

Halbertsma autem, Cobeto, ut ipse dicit, in scholis praecedente, ex ipsis illis locis, quibus Isocrates de orationibus forensibus uerba facit, concludit, tres quidem de eis, quae nobis seruatae sint, pro spuriis esse habendas, quod sic studet explicare: orationes forenses ab Isocrate iuuene scriptas non admodum bonas fuisse; qua de causa audacter eum negasse, se unquam eiusmodi orationes fecisse sperantem fore ut memoria earum obscuraretur. Igitur non posse fieri, ut hae tres orationes: Aeginetica, Callimachea, Trapezitica fuerint inter paucas illas a Cephisodoro designatas, cum neque Isocrates neque quisquam alius eas scripsisse sibi dedecori ducturus fuerit, quarum tantam esse praestantiam, ut uix Lysiae et Demosthenis cedant.

Sed apparet quam lubrica et prorsus ex libidine statuta sit illa Halbertsmae sententia, non admodum bonas fuisse illas orationes, qua sola nititur coniectura docti Bataui. Quod ne uno quidem certo argumento potest fulciri et omni uerisimilitudine caret, quoniam malae Isocratis orationes eius generis uel ab Aristotele uel ab aliis uituperatae fuissent, quod Dionysius, qui omnino in totam hanc rem accuratissime inquisiuisse uidetur, in iudicio de Isocrate memorasset.

Sed alterum Halbertsma profert argumentum: Isocratem recentem e Gorgiae schola non potuisse scribere orationes, quales tres illae essent; nam carere eas fere fucato et artificioso dicendi genere, quod in Panegyrica oratione inueniatur.

Quam peruersam sententiam non melius refutari posse credo quam ipsius Isocratis uerbis, qui dilucide in Panegyricae orationis § 11 docet, aliud genus orationum alium requirere stilum, simpli-

1) 12, 48

cem elocutionem decere orationes forenses, ornatam orationes demonstratiuas, cum dicit: *καίτοι τινὲς ἐπιτιμῶσι τῶν λόγων τοῖς ὑπὲρ τοὺς ἰδιώτας ἔχουσι καὶ λίαν ἀπηκριβωμένοις, καὶ τοσοῦτον διημαρτήκασιν, ὥστε τοὺς εἰς ὑπερβολὴν πεποιημένους πρὸς τοὺς ἀγῶνας τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων σκοποῦσιν, ὥσπερ ὁμοίως δέον ἀμφοτέρους ἔχειν, ἀλλ' οὐ τοὺς μὲν ἀφελῶς, τοὺς δ' ἐπιδεικτικῶς, ἢ σφᾶς μὲν διορῶντας τὰς μετριότητας, τὸν δ' ἀκριβῶς ἐπιστάμενον λέγειν ἁπλῶς οὐκ ἂν δυνάμενον εἰπεῖν.*

Apparet ex his, ne potuisse quidem Isocratem orationes uere forenses componentem prorsus decedere de scribendi ratione, quae usitata erat in hoc genere, neque Gorgiae artem inferre in iudicium[1]). Quod nihilominus illius artis uestigia deprehenduntur in sex orationibus iudicialis generis nobis traditis, atque in nonnullis quidem non tam pauca, non eadem causa, quae ad omnes quadret, statuenda erit, uti postea accuratius exponam: id tamen ex eo apparet, Gorgiam disciplina sua Isocratem tam penitus imbuisse, ut hic artificiosam et ornatam dicendi rationem ne in iudicio quidem prorsus posset repudiare. Haec de Halbertsmae scrupulis.

Sed iam antequam ille ediderat „Quaestiones Isocrateas“ suas, in lucem prodierat Benseleri liber „De hiatu in oratoribus Atticis et apud historicos Graecos“ inscriptus, in quo primus ille uir doctus in hanc rem ad multorum scriptorum atque imprimis Isocratis textum et omnino totam eius scribendi rationem intellegendam sane permagni momenti accuratius inquisiuerat. Quo in libro uir doctus duas orationes forenses ut spurias repudiandas esse censuit, quod in eis et grauiores et frequentiores hiatus quam rhetoris ipsius lege permissi esse uidebantur, inuenerat, orationem Trapeziticam et orationem in Euthynum.

Trapeziticae orationis solius ortum Isocrateum in dubium uocauit post Benselerum Ludouicus Kayser[2]), quod eius dictio a reli-

1) Blass. Eloqu. Att. I. p. 53: „Es ist aber wol zu beachten, dass die gorgianische Weise nur von erklärten Kunstrednern angewendet ist, während die Logographen, die den Processirenden von diesen selbst zu haltende Reden schrieben, selbstverständlich und nach ausdrücklichen Zeugnissen niemals anders als in verhältnissmässig gewöhnlichen Worten redeten.“

2) Annall. nou. philol. class. uol. 73. p. 356 sqq.

quarum sit diuersissima. Idemque fecit nuper Morawski[1]) nisus duobus argumentis ex dicendi usu oratoris sumptis.

Uerum defensores quoque huic orationi non defuerunt, quorum grauissimus laudetur Dionysius, qui in iudicio de Isocrate priorem eius partem profert, ut orationum iudicialium exemplum praebeat, atque hanc de ea adicit sententiam, qua uerior esse nulla potest: *ταῦθ' ὅτι μὲν ὅλῳ τῷ γένει διαφέρει τῶν ἐπιδεικτικῶν τε καὶ συμβουλευτικῶν κατὰ τὸν χαρακτῆρα τῆς λέξεως, οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν· οὐ μέντοι παντάπασί γε τὴν Ἰσοκράτειον ἀγωγὴν ἐκβέβηκεν· ἀκαρῆ δέ τινα διασώζει τῆς κατασκευῆς καὶ σεμνολογίας ἐκείνης ἐνθυμήματα καὶ ποιητικώτερα μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἀληθινώτερα.*

Deinde his temporibus imprimis Blassius[2]) cum hanc orationem Isocrati uindicare studuit tum omnino fundamentum uerioris iudicii de singulis orationibus forensibus faciendi iecisse mihi uidetur. Denique Gehlert[3]) in dissertatione: „De elocutione Isocratea" scripta, in qua accurate partem dictionis Isocrateae perscrutatus est, male abiudicatas esse ab Isocrate orationem in Euthynum et Trapeziticam sibi persuasum esse confitetur.

Quibus ex iudiciis apparet, uirorum doctorum sententias ualde discrepare imprimis de genuino ortu orationis Trapeziticae. Sed nunc quidem de hac sola dubitatio relicta est, cum Aeginetica apertissime prae se ferat Isocratis artem et indolem ac complures loci cum Plataicae et Callimacheae congruant[4]), Callimachea (XVIII) autem et oratio in Euthynum (XXI) defendantur auctoritate Aristotelis, qui in arte rhetorica (II, 19) Isocratis, ut aperte dicit, uerba quaedam afferre sibi uidetur ex oratione uicesima prima, quae tamen in duodeuicesima leguntur[5]).

Haec sunt quae in uniuersum de Isocratis orationibus forensibus praemittenda esse existimaui.

1) Ztschft. f. oestr. Gymnas. 1879. Bemerkungen zu den Attischen Rednern.
2) Eloqu. Att. II. p. 211.
3) De elocut. Isocr. Diss. Inaug. Lips. 1874. p. 16.
4) Blass. Eloqu. Att. II. p. 216 sqq. c. 218. adn. 2.
5) Usener: Mus. Rhen. uol. XXV. p. 603.

Iam uero ad quaestionem de oratione Trapezitica ipsa instituendam accedam, in cuius priore parte de hiatuum cum in reliquis orationibus forensibus tum in Trapezitica admissorum ratione quaeram atque Benselerus num recte hac de re iudicauerit examinabo. In altera parte dissertationis accuratius perscrutari in animo est huius orationis dicendi usum atque explorare, num stare possit Kayseri sententia, dictionem eius a reliquarum diuersissimam esse censentis.

I.

Isocratem omnino primum e scriptoribus Graecis hiatum diligentissime euitasse atque ipsum hanc legem in arte rhetorica praecepisse et a ueteribus rhetoribus memoriae traditum est[1]) et ex ipsius uerbis apparet[2]). Attamen exstant legitimi hiatus in codicibus manuscriptis, quorum duo genera distinguenda esse docuit Benselerus: primum eos qui scripti tantum optimo iure elisione et crasi tolli possint, deinde eos qui intercedant inter uoculas: *τί, τι, ὅτι, περὶ, εὖ, πρὸ, πολὺ, καὶ* alias et sequentem uocalem atque ne in demonstratiuis quidem orationibus offensionem praebeant, scilicet quod saepius usurpandae erant, quam ut hiatus possent euitari. Multo liberiorem tamen hiatus admittendi rationem in orationibus forensibus inesse atque etiam exspectandam esse, Benselerus quoque intellexit, cum dicit[3]): „hoc quidem ex ipsa orationum forensium natura poterit concludi, eas simplicius et sermoni uulgari conuenientius esse scriptas, qua de causa etiam minus erunt euitati. Ita hiatus, qui inuenitur sententia altera in uocali finita et altera in uocali incipiente facile tolerabitur, nam non legenti sed audienti scriptae sunt. Deinde hiatus post particulas istas *καὶ εἰ, ἤ, ὦ* et similes non minus suam habebit excusationem, quia omnino eiusmodi hiatus, nisi prorsus artificiose formetur sermo, non facile possunt euitari."

1) Dionys. De Isocr. II. — id. De comp. p. 184. R. id. De Demosthene. c. 4. 40. —
Hermog. *περὶ ἰδεῶν*. p. 338. Sp. — Longin. *τέχνη*. I. 306. Sp.
2) Isocr. *τέχνη*. Frgm. 12.
3) De hiatu p. 46.

Attamen in duabus orationibus iudicialis generis et plures et grauiores hiatus inueniuntur quam in reliquis, in oratione in Euthynum et in Trapezitica, qua re Benselerus, ut iam supra dixi, ut has orationes ab Isocrate scriptas esse negaret commotus est.

Qua de re ut plane iudicare possimus uideamus, quot qualesque hiatus in singulis orationibus forensibus insint[1]).

In oratione de bigis (XVI): post *καί:* undecim (§§ 10. 15 ter. 19. 22. 41. 43. 44. 50 bis); singuli post *ἢ* et ante *ἄν* (§ 42: *πολὺ ἄν* § 21); tres in pausa uocis (§§ 40. 43 sq. 50). —

In oratione Callimachea (XVIII) post *καί:* undecim (§§ 1. 10. 13. 21. 22. 23. 24. 35. 39 bis. 54); tres efficiuntur uoce *εἰ* (§§ 15. 24. 25): *ἢ ὅστις* (§ 56): *δοκεῖ ἄν* (§ 18); in maxima pausa: septem (§§ 4 sq. 5 sq. 15. 28. 34 sq. 41 sq. 46 sq.): in pausa minore; tredecim (§§ 2. 15. 21 bis. 5. 61. 19. 23. 35. 40. 40 sq. 56 bis).

In oratione Aeginetica (XIX): post *καί:* decem (§ 10. 12. 21. 32. 38 bis. 40 bis. 49 bis); *πολὺ ἄν:* quattuor (§§ 18. 29. 32. 44); *πολλοῦ ἄν:* (§ 44) Blass.: *πολλοῦ γ' ἄν. ὅσῳ ἄν* (codd. § 30), Blass.: *ὅσῳ περ ἄν. καίτοι ὦ* (§ 34). *δέομαι οὖν* (§ 51), particulam *δὲ* inserendam esse censeo[2]); in pausa maxima: duo (§§ 46 sq. 49 sq.); in pausa minore: duo (§§ 16. 1.).

De hiatibus autem huius orationis haec habeo quae addam. Primum quidem consentio cum Blassio, quod in § 44 pro *πολλοῦ ἄν* codicis Marciani scribendum esse censuit: *πολλοῦ γ' ἄν:* deinde quod in § 30 ubi codices habent: *ὅσῳ ἄν.* Benseleri coniecturam accepit scribentis: *ὅσῳπερ ἄν.* Apparet enim quam facile excidere potuerit illud *περ* scribae oculorum errore, cum antecederent uerba *ὅσπερ οὐχ.* Praeterea Benselerus[3]) monstrauit, syllabam *περ* ab Isocrate tum maxime adici ad relatiua aliasque particulas, si uocalis sequatur, quod permultis exemplis potest probari: denique *ὅσῳπερ ἄν* exhibent omnes codices in § 36 orationis XIV, in § 3 orationis XI aliis locis. Contra non intellego, cur Blassius in textu editions reliquerit lectionem *δέομαι οὖν* in § 51, quanquam iam Benselerus ad hiatum remouendum inseruerat particulam *δὲ* et hoc loco

1) Isocr. oration. ed. Blass (Teubn.) uol. II. p. XXXVIII. sqq.
2) cf. pag. 9.
3) Praef. ed. (Teubn.) pag. VI. adnot. 6.

et duobus aliis, quibus Bekkeri quidem testimonis particula *δὲ* omissa est in codicibus: XV 17 et XVI 48 (non inseruerat Benselerus particulam *δὲ* in § 48 orationis XVII, scilicet quod eam abiudicabat ab Isocrate). Blassius enim ipse in § 48 orationis XVI nunc lectionem *δέομαι δ' οὖν* recepit, cum Friderici Leonis opera, qui huius quidem orationis textum denuo contulit in Urbinati, constet, nil nisi elisionis signum omissum ecse in illo.[1]) Hic quoque intellegitur, facile excidere potuisse *δ'* propter uerbum *δέομαι*, quod antecedebat. Itaque reliquis quoque locis *δέομαι δ' οὖν* scribere non dubitabimus, praesertim si consideremus, quam constans et firmus Isocratis usus fuerit in ipsis huiuscemodi formulis: confer praeterea: XII 6: *βούλομαι δ' οὖν*, VIII 5: *φημὶ δ' οὖν.*[2])

In oratione in Lochitem (XX) paucissimi hiatus admissi sunt: post interpunctionem tres (§§ 15. 15 sq. 18).

In oratione in Euthynum (XXI) hiatuum satis multorum longe maior pars aut in pausa aut post uocales supra dictas inuenitur: in pausa maxima duodecim (§§ 2. 3 duo. 7. 8 duo. 9. 12. 16. 19. 21 duo): in pausa minore quattuor et triginta exstant (§§ 2. 3. 4. 5 tres. 6. 8. 9 quinque. 11 quattuor. 12 duo. 13. 14 duo. 16 duo. 17 tres. 18 duo. 19 tres. 20. 21); post *καὶ* uiginti quinque (§§ 1 duo. 2. 3 duo. 4 duo. 6. 7. 8 quattuor. 11. 12. 13. 15 duo. 17 duo. 19 quattuor. 20); elisione uel crasi tolli possunt quadraginta duo: his deductis restant circiter quinquaginta, inter quos sunt uiginti duo, qui nullam habent excusationem: *λέγω ὑπέρ* (§ 1), *διηγήσομαι ὑμῖν, ἐπειδὴ οἱ, ἐχθροὶ ἐκ, ἀργυρίου Εὐθύνῳ* (§ 2), *χρόνῳ ὕστερον, τρίτον ἔξαρνος, καίτοι οὕτω, πολλοῦ ἐποιεῖτο* (§ 3), *κομιζομένῳ οὐδείς, ἀνάγκη ἐκ* (§ 4), *ἐπήρθη ἀδίκως* (§ 5), *μόνον ἔλαβεν, δανεισάμενοι ἐξηρνοῦντο* (§ 7), *διενοήθη ἀδικεῖν, ἢ οὕτως* (§ 11), *δυναμένῳ ἐξῆν* (§ 13), *Εὐθύνου ἀπολογία* (§ 19), *ἐπιτήδειοι ἀκηκοότες* (§ 20), *χρὴ ἀδικεῖν* (§ 18). *ἀριθμοῦ ἀφαιρεῖν* (§ 21). *ἐδόκει αὐτῷ* (§ 19).

1) Fuhr: Mus. Rhen. XXXIII. p. 566.
2) Samuel Ljungdahl: De transeundi generibus quibus utitur Isocrates Commentatio.
Upsala. Uniuersitets Årsskrift. 1871. p. 33.

In Trapezitica oratione (XVII) denique grauissimi hiatus exstant hi: *τοῦτον ἀποστερεῖσθαι* (§ 10). *Σατύρῳ οὗτος* (§ 11). *αὐτοῦ υἱεῖ* (§ 11), *αὐτοὶ ἠφανίσαμεν* (§ 12), *ἠξίουν αὐτόν* (§ 13), *ποῤῥωτάτω ἀπό* (§ 19). *Σατύρῳ ἀποδοῦναι* (§§ 20. 25), *μου ἀπαλλάττειν* (§ 21), *τρόπῳ ᾧ ἠδύναντο* (§ 34), *αὐτῷ ἀποδώσει* (§ 37). *ἐμοῦ ὀφείλειν* (§ 38). *κινδύνου ἀπιών* (§ 34).

Numerus omnium hiatuum in hac oratione est centum unus, omissis eis, qui insunt in formula: *ὦ ἄνδρες δικασταί* saepius usurpata et paucis aliis, qui crasi uel elisione tolli possunt.

Quibus compositis elucet, hiatuum in his sex orationibus admissorum numero et genere tres classes earum discerni. In prima classe oratio uicesima, quae hiatibus fere caret; in secunda oratio de bigis, Callimachea, Aeginetica, in quibus soliti hiatus in pausis et post uoculas supra dictas non nimium multi insunt; in tertia denique oratio in Euthynum et Trapezitica, in quibus non solum numerus hiatuum in reliquis quoque admissorum longe maior est, uerum etiam grauiores nonnulli occurrunt.

Intercedit igitur sat magnum discrimen non solum inter classem secundam et tertiam, sed etiam inter primam et secundam, cuius rei causa nobis erit quaerenda. Etenim quanquam orationis uicesimae posteriorem tantum partem habemus, pro reliquarum longitudine satis breuem, quod in ea fere nulli hiatus inueniuntur, casui esse tribuendum contendi certe non poterit.

Sed inspiciamus orationes ipsas. Atque orationis uicesimae nil nisi epilogus nobis seruatus est, ea igitur pars, quae propius accedere solet ad artificiosius dicendi genus, quale adhibetur in orationibus demonstratiuis. Omnem autem orationis naturam, quae prorsus abhorret a genere iudiciali, Blassius[1]) uerissime intellexit, cum explicat, Isocratem sophistam et dicendi artificem in ea apparere, non oratorem forensem. Iniuria enim Lochitae non ita grauis ualde exaggeratur, ita tamen, ut in maiore parte orationis non in Lochitam inuehatur Isocrates, sed omnes qui isolenter et superbe ciuibus iniurias iniungere conentur. Et paucis tantum locis legentes admonemur, orationem forensem nobis esse in manibus. Quaesitae autem dic-

1) Eloqu. Att. II. p. 200.

tionis et uerbosae ornatusque artificiosi pauca exempla afferre satis habebo. In § 1 .....*ἐπισταμένους, ὅτι τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις οἰκειότατόν ἐστι, καὶ τούς τε νόμους ἐθέμεθα καὶ περὶ τῆς ἐλευθερίας μαχόμεθα καὶ τῆς δημοκρατίας ἐπιθυμοῦμεν καὶ τἄλλα πάντα τὰ περὶ τὸν βίον ἕνεκα τούτου πράττομεν.* In § 9 *εὑρήσετε γὰρ ...., τὴν δ' ὕβριν ὅλοις τοῖς πράγμασι λυμαινομένην, καὶ πολλοὺς μὲν οἴκους δι' αὐτὴν διαφθαρέντας, πολλὰς δὲ πόλεις ἀναστάτους γεγενημένας.* In § 20 *ἔτι δὲ καὶ πάντων ἂν εἴη δεινότατον, εἰ δημοκρατουμένης τῆς πόλεως μὴ τῶν αὐτῶν ἅπαντες τυγχάνομεν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀρχῶν μετέχειν ἀξιοῦμεν, τῶν δ' ἐν τοῖς νόμοις δικαίων ἀποστεροῖμεν ἡμᾶς αὐτούς, καὶ μαχόμενοι μὲν ἐθέλομεν ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῆς πολιτείας, ἐν δὲ τῇ ψήφῳ πλέον νέμομεν τοῖς τὰς οὐσίας ἔχουσιν.*

Iam uero minime mirum uideri potest, Isocratem sicut in tota compositione ita in hiatibus quoque euitandis orationum demonstratiuarum rationem esse secutum. Nec non libenter Blassii[1]) accipio sententiam et de hac oratione et de decima sexta censentis, non mala fortuna factum esse[2]), ut harum duarum orationum epilogi ad nos peruenerint; sed Isocratem has partes separatim edidisse item atque epistolae primae, sextae, nonae[3]) prooemia, hac de causa, ut Blassius quidem existimat, quod causae ipsae apertissimae et simplicissimae erant. Quam ad Blassii coniecturam haec addam: non ab omni uerisimilitudine abhorrere mihi uidetur, Isocratem hanc orationem, quam pro ciue quodam paupere a Lochita homine opulento et nobili uerberibus mulcato scripserat, postea praecisis prooemii, narrationis argumentationis partibus, retractasse ac perpoliuisse ad modum orationum demonstratiuarum, id spectantem, ut eam in publicum mitteret tanquam orationem inuectiuam, in qua insectaretur imprimis nobilium insolentiam atque superbiam et moneret, ne paterentur Athenienses, iterum in re publica eos rerum potiri, qui breui ante

1) Eloqu. Att. III. 2. p. 353.

2) Aniuaduertas uelim, initium utriusque orationis capi continuo post testium testimonia audita.

3) Has tres epistulas ab Isocrate scriptas esse, negari non poterit. cf. Blass. Eloqu. Att. II. p. 268 sqq.

Haupt: De Isocr. epistulis I. VI. VIII. Zittauiae 1873.

superati essent, scilicet oligarchos, quorum unus Lochites est. Apparet autem e compluribus orationis locis, eam scriptam esse non ita multum post triginta tyrannorum imperium dissolutum; cf. §§ 4. 9. 10. 11. Ac uelim animum intendas imprimis ad haec uerba §§ 10 et 11 *αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς δὶς ἤδη τὴν δημοκρατίαν ἐπείδομεν καταλυθεῖσαν καὶ δὶς τῆς ἐλευθερίας ἀπεστερήθημεν οὐχ ὑπὸ τῶν ταῖς ἄλλαις πονηρίαις ἐνόχων ὄντων ἀλλὰ διὰ τοὺς καταφρονοῦντας τῶν νόμων καὶ βουλομένους τοῖς μὲν πολεμίοις δουλεύειν, τοὺς δὲ πολίτας ὑβρίζειν. ὧν οὗτος εἷς ὢν τυγχάνει. καὶ γὰρ εἰ τῶν τότε καταστάντων νεώτερός ἐστιν, ἀλλὰ τόν γε τρόπον ἔχει τὸν ἐξ ἐκείνης τῆς πολιτείας. κτέ.*

Similiter rem habere in orationis decimae sextae parte nobis seruata Blassio praecedente me existimare iam supra dixi. Composuerat Isocrates hanc orationem pro Alcibiade minore in Tisiam quendam, qui patrem Alcibiadem accusauerat, quod bigis se defraudasset, quibus Olympia uicisset[1]).

Tota autem oratio, quam quidem nos habemus, nil est nisi Alcibiadis maioris laudatio, imprimis inde a § 22 usque ad § 41, cuius partis elocutio ne minime quidem differt ab orationum demonstratiuarum.

Pauca eius generis protulit Blassius, ut accuratam dispositionem, artificiosum sententiarum conexum, qualem inuenimus in §§ 14. 15. 16. 32 sqq., 35. 36 sqq, aequabilitatem in § 41.

Nonnulla demonstratiui ornatus exempla ex hac oratione collecta proferam: in § 16 notabilis est cumulatio genetivorum absolutorum: *ἀναμνήσθητε δὲ πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, ἐπειδὴ κατῆλθεν, ...ἔτι δὲ πρότερον, ὡς ἐχόντων τῶν πραγμάτων αὐτὸν κατεδέξασθε, καταλελυμένου μὲν τοῦ δήμου, στασιαζόντων δὲ τῶν πολιτῶν, διαφερομένων δὲ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὰς ἀρχὰς τὰς ἐνθάδε καθεστηκυίας, εἰς τοῦτο δὲ μανίας ἀμφοτέρων ἀφιγμένων κτέ.*, et in §§ 18. 19 *τοιαύτην μὲν.....γνώμην ἐχόντων,*

1) Mentio eiusdem causae fit apud Diodorum quoque (XIII. 74) et apud Plutarchum in uita Alcibiadis (12) et in oratione *κατ' Ἀλκιβιάδου* (IV. 26) Andocidis nomine nobis seruata.

κρατούντων δὲ....., ἔτι δὲ χρημάτων...οὐκ ὄντων, ἐκείνοις δὲ βασιλέως παρέχοντος, πρὸς δὲ τούτοις....ἠκουσῶν καὶ παρεσκευασμένων..., ἐν τοσαύταις συμφοραῖς...., τῆς πόλεως οὔσης, μεταπεμψαμένων αὐτὸν τῶν στρατιωτῶν κτέ., in § 10 *τὰς νήσους ἀπέστησε καὶ τῶν πολεμίων διδάσκαλος κατέστη.*, in § 15 *ἀπέστησεν — ἐποίησε, — κατέστησε — ἐστρατήγησεν.*, in § 20 *γενόμενος δὲ μεθ' ὑμῶν ἔπεισε μὲν — ἔπαυσε δὲ — διέδωκε δὲ — ἀπέδωκε δὲ —, διήλλαξε δὲ — ἀπέστρεψε δὲ κτέ.*, in § 28 *καὶ σωφρονέστατον καὶ δικαιότατον καὶ σοφώτατον κτέ., ἐπιτροπευθῆναι καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι.*, in § 41 *κινδυνεύων τὰ μὲν ὑφ' ὑμῶν, τὰ δὲ δι' ὑμᾶς, τὰ δ' ὑπὲρ ὑμῶν, τὰ δὲ μεθ' ὑμῶν.*

Atque equidem ab animo impetrare non possum ut credam, Isocratem tot et tam quaesitis artificiis usum esse in oratione uere indiciali, quod prorsus pugnaret cum ipsius sententia supra ex oratione Panegyrica allata. Immo potius existimauerim, remotis reliquis orationibus partibus amplificasse eum epilogum et limasse et exornasse, ut orationem demonstratiuam, scilicet *ἐγκώμιον* Alcibiadis, inde efficeret[1]).

Ipsa autem laudatio pertinet inde a paragrapho uicesima altera usque ad quadragesimam primam, igitur per uiginti paragraphos, in quibus e numero hiatuum supra enumeratorum tres tantum inueniuntur, cum reliqui tredecim admissi sint in triginta paragraphis, unde elucet, oratorem maiorem diligentiam adhibuisse ne uocalium concursus fieret in ea parte, quae plurimum differt a genere iudiciali.

Jam accedamus ad orationem Callimacheam, quam integram habemus. Continent autem singulae eius partes has paragraphos: Prooemium et Prothesis §§ 1 - 4; Narratio §§ 5—12; Argumentatio §§ 13—26; Epilogus §§ 27—68. Uidemus igitur, longe maximam orationis partem contineri epilogo. Hiatuum autem supra enumeratorum haec est ratio in singulis partibus, ut in paragraphis prooemii, narrationis, argumentationis uiginti sex, quae explent centum nonaginta semptem uersus, insint unus et uiginti, in epilogi para-

1) Retractatam esse hanc orationem contendit Rauchensteinius quoque (Mus. Helvet. 1862, p. 277 sqq.), prolato alio argumento, J. non potuisse tanta audacia defendere Alcibiadem in iudicio.

graphis quadraginta duabus, quae explent ducentos octoginta duo uersus, quindecim tantum hiatus, cum duplus numerus exspectetur pro huius partis longitudine.

Atque e narrationis partibus praecipue constat oratio Aeginetica, quae tamen in elocutione et dispositione prorsus exhibet naturam orationis demonstratiuae, id quod iam Blassius[1]) monstrauit.

Excipiunt autem sese partes hoc modo:

Prooemium continet § 1. et 2.

Transitur ad narrationem in § 3 et 4. Prima pars narrationis pertinet inde a § 5 usque ad § 15.

Deinde §§ 16 et 17 transitio efficitur ad eam orationis partem, in qua commixtae sunt narratio et argumentatio ita, ut illi tribuendae sint hae paragraphi: §§ 18. 19. 20 usque ad uerba *τὴν οὐσίαν ἅπασαν.*, deinde § 21 inde a uerbis *ἐπειδὴ γὰρ ἤλθομεν κτλ.* § 22 usque ad uerba *ἐκείνης ὕστερον.* § 24 inde a uerbis *ἐπειδὴ γὰρ κτλ.* §§ 25. 26. 27. 29. 31. —

In § 24 parte ea, quae pertinet usque ad uerba *πραγμάτων ἐβουλεύσατο*, transitur ad ultimam narrationis partem, scilicet *ἐπιδιήγησιν*, quae legitur inde a § 34 usque ad § 41. Deinde argumentatio ad finem perducitur inde a § 42 usque ad § 46.

Denique epilogus inest in reliquis quinque paragraphis. —

Reperiuntur autem in narratione nouem hiatus (septem post *καὶ*), in argumentatione tres (unus post *καὶ*), in prooemio unus, in epilogo quattuor, in transitionis partibus duo, unde apparet, hac quidem in oratione magnum discrimen hiatuum in singulis partibus orationis admissorum non deprehendi. Quod tamen non mirum esse censuerim, cum in hac oratione, ut iam antea dixi, narrationis quoque partes elocutionem exhibeant demonstratiuam.

duodeuicesimae *Demonstrasse autem mihi uideor, in orationis decimae sextae et ~~undecimae~~ quidem partibus eis, quae proxime accedunt ad similitudinem generis demonstratiui, diligentius cauisse oratorem, ne uocalium concursum admitteret, quam in reliquis.*

Jam uero quaerendum erit, num in oratione uicesima prima quoque et Trapezitica similis ratio reperiatur.

---

1) Eloqu. Att. II. p. 217.

Atque in illa quidem oratione epilogus prorsus deest; reliquarum autem partium dispositio haec est, ut prooemium insit in § 1, narratio in §§ 2 et 3, argumentatio in reliquis undeuiginti. Grauiorum autem hiatuum supra enumeratorum unus inuenitur in prooemio, octo in narrationis duabus paragraphis (quae explent duodeuiginti uersus), tredecim in argumentationis duodeuiginti paragraphis (quae explent uersus centum uiginti). Uidemus igitur, etiam in hac oratiuncula, in qua cumulantur hiatus, discrimen sat magnum intercedere inter narrationem et argumentationem. Ac si quis suo iure quaesiuerit, cur in hac ipsa oratiuncula Gorgianis aliisque figuris plenissima et ceteroquin nitidissima orator tot hiatus admiserit, equidem cum Blassio respondere non dubitem, non ueram orationem forensem eam esse, sed sophisticum ut ita dicam opusculum uel potius eius descriptionem neque perfectam neque limatam.

Iam ad orationem Trapeziticam transeo, cuius dispositio haec est: Prooemium continetur §§ 1 et 2. Narratio pertinet inde a § 3 usque ad § 23; ad finem ea perducitur in §§ 51 et 52. Argumentatio inest in paragraphis inde a § 24. usque ad 50. et a § 53. usque ad 55. Epilogus denique continetur tribus reliquis.

Fere dimidium igitur totius orationis e narrationis partibus constat, cum epilogus breuissimus sit.

Sed ut planius perspiciatur, quot qualesque hiatus in singulis orationis partibus exstent, omnes paragraphorum ordine enumerabo.

Prooemium:

§ 1. *κινδυνεύω ἀλλά*
ὃ ἐγώ
§ 2. *ὅτι ἀποστεροῦμαι*

Narratio:

§ 5. *καὶ ὁ*
τῇ ἀρχῇ
καὶ αὐτόν
§ 6. *εἶναι ἐπιστείλαντος*
§ 7. *εἶναι ἀλλά*
καὶ ὀφείλοντα
καὶ ἑτέροις
μὴ εἶναι
§ 8. *καὶ ἄξια*
καὶ ἑτέροις
§ 9. *καὶ οὐκ*
§ 10. *τούτου ἀποστερεῖσθαι*
καὶ ἐμαυτόν
§ 11. *μοι οἱ*
οἱ ἀπαγγέλλοντες
ὅτι ὁ
Σατύρῳ οὕτως
τῷ αὐτοῦ
αὐτοῦ υἱεῖ
καὶ εἰδώς
§ 12. *περὶ ὧν*

περὶ αὐτῶν
καὶ ἐξαιτεῖν
αὐτοὶ ἠφανίσαμεν
καὶ ἀγανακτῶν
καὶ οὐ
§ 13. καὶ ἐπιλαβόμενος
ἠξίουν αὐτόν
περὶ ὧν
§ 14. καὶ οὐκ
§ 15. τὸ Ἡφαιστεῖον
οὑτοσὶ οὐ
§ 16. βασανισταὶ αὐτοί
§ 17. μου εἰς
§ 18. καὶ ἐπειδὴ
ἐπειδὴ ἤλθομεν
καὶ ἔλεγεν
καὶ ἐκέλευον
§ 19. καὶ ὡμολόγησεν
πορρωτάτω ἀπό
ὅτι αὐτός
§ 20. καὶ ἀναγαγόντες
Σατύρῳ ἀποδοῦναι
§ 21. καὶ οὗτος
μου ἀπαλλάττειν
ὅτι οὐδέν
§ 22. μὴ ὑπό
§ 23. καὶ οὐδεμίαν
ὃ ἔδει
καὶ οὐκ
καὶ οὔτε
συμπλευσεῖσθαι οὔτε
τί ἄν

Argumentatio:

§ 25. Σατύρῳ ἀποδοῦναι
ῥηθῆναι ὑπό

§ 26. περὶ ὧν
§ 29. ὅτι ἐμοί
§ 30. περὶ αὐτῶν
§ 32. περὶ ἁπάντων
καὶ ἀνοίγειν
μοι ἀνάβηθι
§ 34. καίτοι ὅστις
ἢ ἄλλῳ
ᾧ ἠδύναντο
τρόπῳ ᾧ
§ 36. αὐτῷ ἀποδώσει
§ 37. καὶ ὡμολόγησεν
καίτοι εἰ
μοι ἀνάβητε
§ 38. καὶ ὡς
ἐμοῦ ὀφείλειν
καὶ ὅτι
καὶ ἐπιτήδειον
§ 41. καὶ ἑτέρων
μοι ἀνάβητε
§ 43. καὶ ὑπακούσας
κινδύνου ἀπιών
καίτοι εἰ
§ 44. μοι ἐγένετο
καὶ ἐκ
§ 45. περὶ ὧν
§ 47. καὶ ἀμαθίαν
§ 50. καίτοι ὅστις
περὶ ὧν

Narratio:

§ 51. καὶ αὐτός
ὅτι ἐλεύθερος
§ 52. ἃ ἐκεῖνος
μοι ἀνάγνωθι
ἀνάγνωθι αὐτοῖς

Argumentatio:
§ 54. ἃ οὗτος
ἠβουλήθη εἰκάζειν
§ 55. καὶ ἐλεύθερος
Epilogus:
§ 56. ἐγὼ οὖν

§ 57. καὶ ἐν
§ 58. περὶ ὀλίγου
καὶ ὑπὲρ (bis)
δέομαι (δ') οὖν.

Iam primo oculorum obtutu ex hac tabula apparet, in narrationis paragraphis multo liberius hiatum esse admissum quam in argumentatione. In illa enim, quae constat e paragraphis uiginti tribus, insunt hiatus duodesexaginta, inter quos octo grauiores, in hac, quae continet triginta paragraphos, reperiuntur hiatus triginta quattuor, inter quos quinque grauiores.

Uidemus igitur in hac oratione eandem rationem adhibitam atque in oratione XVI et XVIII et XXI.

Quae cum ita sint, id satis probasse mihi uideor, non iam stare posse Benseleri iudicium, quod fecit in libro de hiatu[1]) *cum dicit:* „Quibus ex locis . . . . . . clare quidem perspicies, his in orationibus (scl. Trapezitica et or. in Euthynum) hiatum non esse euitatum, sed quanam de causa, si Isocrates scripsisset, orator recesserit a genere scribendi consueto, non tam est perspicuum . . . . neque facile quis dixerit, cur in Lochit., quae est causa priuata, aliud genus scribendi sit secutus quam in Euthyn."

Immo uero dicendum erit, in oratione Trapezitica maxime seruari naturam orationis forensis, eamque sic nobis esse traditam, ut ab Isocrate scripta erat in usum fori. Quod sine dubio rectissime cognouit Dionysius Halicarnassensis, cum partem eius in iudicium de Isocrate reciperet, ut iudicialium eius orationum specimen praeberet. Atque eandem sententiam Blassius[2]) quoque professus est cum dicit: „. . . . im Gegenteil würde es befremden, wenn in dieser Rede der Hiatus mit der sonstigen Genauigkeit vermieden wäre."

Unum hic addam de Isocratis orationibus forensibus in uniuersum. Cum illa mea sententia, qua retractatae sint oratio XVI et

1) pag. 55.
2) Eloqu. Att. II. p. 213.

XX atque oratio XXI nil nisi descriptio opusculi demonstratiui, haec quoque res optime congruere uidetur, quod in eis ne semel quidem iudices appellantur; quod fit uno loco orationis Callimacheae (§ 21), sed *plus uicies in oratione Trapezitica*; praeterea quater inuenitur *ὦ ἄνδρες Αἰγινῆται* (§§ 1. 13. 14. 34.) in oratione Aeginetica[1]).

Sed priusquam hanc dissertationis partem concludam, exemplis demonstretur, interdum simplicem uerborum ordinem, qui in uniuersum seruari solet ab Isocrate et in Trapezitica oratione quoque seruatur, mutatum esse ad uocalium concursum evitandum[2].)

In § 3 *τῆς δυνάμεως ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐκείνου.* § 9 *προσπέμπω Φιλόμηλον αὐτῷ καὶ Μενέξενον.* § 11 *ὅτι φανερῶς ἤδη πράξω.* § 11 *οὕτως ἁπάντων μεταμέλει τῶν πεπραγμένων, ὥστε.* § 17 *διὰ ταῦθ᾽ ἡγούμενος οὐδεμίαν αὐτῷ σωτηρίαν εἶναι.* § 18 *ὅντιν᾽ ἂν βούλημαι τρόπον, ὅπως.* § 19 *ἐφ᾽ ᾧτε καταγιγνώσκειν ἡμιόλ᾽ αὐτοῦ τὰ χρήματα.* § 22 *καὶ τῆς δίκης ἐκείνης ἐδεδοίκει τῆς εἰλεγμένης, ἀλλὰ.* § 23 *οὔτ᾽ εἶναι πρὸς ἔμ᾽ αὐτῷ συμβόλαιον οὐδὲν.* § 26 *εἴπερ ἀπηλλαγμένος ἤδη Πασίων ἦν τῶν ἐγκλημάτων.* § 21 *τὴν αὐτὴν Πασίωνι ψευδομένῳ γίγνεσθαι ζημίαν, ἥσπερ.* § 28 *ἐὰν δὲ μηδὴν ἔχῃ τούτων ὑμῖν ἀποφαίνειν.* § 35 *βουλόμενος ἐκεῖθεν ὡς πλεῖστ᾽ ἐκκομίσασθαι τῶν χρημάτων, ἐδεήθην.* § 36 *τούτῳ μὲν οὖν οὐδὲν ἡγοῦμαι τοῦτ᾽ εἶναι σημεῖον, ὡς.* § 37 *καίτοι εἰ μηδὲν ἔκειτο παρ᾽ αὐτῷ τῶν ἐμῶν, οἴεσθ᾽ ἄν.* § 39 *ὑπολοίπου δ᾽ οὐδενὸς ὄντος μοι.* § 35 *ὡς τὸ παράπαν οὐδ᾽ ἦν ἐνθάδε μοι χρήματα* (in § 36, ubi cod. Urbin. exhibet: *ὡς οὐκ ἦν μοι ἐνθάδε χρήματα* recte Blassius verba *μοι* et *ἐνθάδε* transposuit); cf. ad illum locum § 44 *ὡς μὲν τοίνυν ἦν τέ μοι πολλὰ χρήματ᾽ ἐνθάδε.* § 48 *τηνικαῦτά μέ φησιν ἀφεῖναι πάντων τῶν ἐγκλημάτων αὐτόν.* § 56 *ψευδεῖς αὐτῷ παρακαταθήκας ἐγκαλῶν.*

Apparet igitur non paucis locis uerba transposita esse hiatus euitandi causa. Atque idem studium e pronominum quoque usu conspicitur, qui est eiusmodi, ut pronomen cum articulo coniunctum

1) Rehdantz: Philipp. Reden. Index: Anrede.
2) Blass. Eloqu. Att. II. p. 141 sq.

post substantiuum, ad quod pertinet, ponatur, si sequitur uocalis; contra ante consonantem litteram aut Genetiuus pronominis personalis aut pronomen possessiuum cum articulo coniunctum reperitur. Conferas haec exempla in oratione Trapezitica. § 5 *ὁ πατὴρ οὑμὸς ἐπιβουλεύοι.* § 11 *τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν εἰληφώς.* § 46 *τὴν δύναμιν τὴν ἐμὴν ἤμελλεν.* § 38 *τῶν χρημάτων τῶν ἐμῶν ὁμολογοῦντος ἐμοῦ.* Sed in § 4 *ὁ πατήρ μου δύο.* § 5 *τὸν μὲν πατέρα μου συλλαμβάνει.* § 45 *τὸν μὲν πατέρα μου συνειλημμένον;* pronomen possessiuum et articulus in § 35 *παρὰ τοῦ πατρὸς τοὐμοῦ κομίσασθαι.* § 37 *ὁ πατὴρ οὑμὸς μὴ;* quo loco *ὁ πατήρ μου* non scriptum esse uidetur, quod absonum fuisset *μου μή.* —

Eadem ratio in reliquis quoque orationibus deprehenditur; cf. XVI 31 *τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν ἔγημεν. τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενος.* § 2 *τὸν πατέρα μου διαβάλλοντες.* § 26 *τοῦ πατρὸς τοὐμοῦ στρατηγήσαντες.* XIX 7. 44. 18. 19. V 106. 149. XI 1.

Ad hiatum pertinet is quoque usus Isocratis, quem iam supra (cf. p. 8) commemoraui, *περ* syllabam ad relatiua aliasque particulas tum maxime adici, si uocalis sequatur, quod tamen persaepe fit talibus quoque locis, quibus hiatus non oreretur; cf. XVII 26 *εἴπερ ἀπηλλαγμένος.* 17 *ἐάνπερ εἰς.* 21 *ἥσπερ ἄν.*

Deinde *πότερα* maxime ante consonantes, *πότερον* ante uocales adhibetur[1]); cf. V 100. XI 7. XIV 35. XV 88. VII 9. XII 22. 233. — XVII 46 *πότερον ὡς. πότερον εἰκός.*

Denique cum hiatus euitandi studio id quoque cohaeret, quod Fuhr[2]) protulit de usu formarum *πᾶς* et *ἅπας.* Primum enim semper scribere Isocratem *πάντα τὸν χρόνον* post uocales, *ἅπαντα τὸν χρόνον* post consonantes; illud legimus II 22. IV 103. 167. V 130. XII 21. 163. XV 48. XVII 57; hoc III 20. IV 24. 52. 60. 128. 151. 186 aliis locis.

Neque alius est usus, si coniungitur illud adiectiuum cum substantiuo *ἄνθρωποι. πάντες ἄνθρωποι:* cf. IV 23. 27. 46. 174. V 37. VI 14. 42. VII 7. VIII 85. *ἅπαντες ἄνθρωποι:* III 36. IV 56. 69. VI 76. VII 73. VIII 15. 21. 44. 46. 89. XIV 2. XVII 23.

1) Benseler. Praefat. edit. p. XXXI. adn. 11.
2) Mus. Rhen. (1878) XXXIII. p. 329 sqq.

Omnino autem multo saepius in Trapezitica quoque oratione *πᾶς* post uocales, *ἅπας* post consonantes scripta legimus. *ἅπας* post consonantes: §§ 1. 3 (bis). 6. 8. 11. 23. 24. 28. *πᾶς* post uocales: §§ 2. 6. 7. 14. 39. 55. Sed *πᾶς* post consonantes: §§ 7. 12. 29. Semel *ἅπας* post uocalem: § 32.

II.

Priore dissertationis parte, quae erat de hiatu, ad finem perducta, iam transitus fiat ad alteram, qua inquirere mihi proposui, num orationis Trapeziticae dicendi usus et compositio congruat cum reliquarum Isocratis orationum, quod infitias ierat imprimis Kayserus.

Atque primum quidem omnia ea proferam et expediam, quae aliena esse a dictione Isocratea aut alii censuerunt aut ipse deprehendi; erit autem diiudicandum, num omnino instae sint difficultates an aliquo modo possint remoueri.

Et Morawskius[1]) quidem in duabus rebus offendendum esse existimauit, ut iam supra dixi; primum in periodorum structura interdum non aequabili, cuius rei unum exemplum profert hoc e § 48 *ὅτε μὲν γὰρ οὕτως ἔπραττον, — τότε μὲν αἰτιᾶταί μ' ἀδίκως ἐγκαλεῖν ἐπιχειρῆσαι· ἐπειδὴ δ' ἐγώ τε τῶν πρὸς Σάτυρον διαβολῶν ἀπηλλάγην καὶ τοῦτον ἅπαντες ὀφλήσειν τὴν δίκην ἐνόμιζον, τηνικαῦτά μέ φησιν ἀφεῖναι πάντων τῶν ἐγκλημάτων αὐτόν*, in quibus uerbis post aoristum in altero enuntiato oratio in apodosi praesenti tempore continuatur. Potuisset alterum exemplum mutati temporis addere e § 12 *ἐπειδὴ δ' ἐγὼ προσελθὼν ἐξήτουν αὐτὸν, ἡγούμενος ἔλεγχον ἂν τοῦτον σαφέστατον γενέσθαι περὶ ὧν ἐνεκάλουν, λέγει λόγον πάντων δεινότατον κτἑ.* Praeterea tales locos spectasse uidetur ille uir doctus, qualis unus exstat in § 13 *ἐγὼ δὲ . . . αὐτὸς μὲν εἰς Πελοπόννησον ᾠχόμην ζητήσων, Μενέξενος δ' εὑρίσκει κτἑ.* Atque eiusmodi quidem loci in aliis quoque orationibus forensibus reperiuntur; cf. XVIII 11 *τὸ μὲν τοίνυν πρῶτον ἐνέμεινε τοῖς ὡμολογημένοις, ὕστερον δ' ἐπιβουλεύσας — λαγχάνει μοι δίκην μυρίων δραχμῶν.* XXI 3 *οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕστερον βουλόμενος ἐκπλεῖν ἀπῄτησε τἀργύριον· Εὐθύνους δὲ τὰ μὲν δύο τάλαντα ἀποδίδωσι, τοῦ δὲ τρίτου ἔξαρνος γίγνεται.*

1) Ztschrft. f. d. oestr. Gymnas. 1879 (Bemerkungen zu den Attischen Rednern).

Neque omnino mirum uideri poterit, in tali oratione, qualis est Trapezitica, non eandem aequabilitatem periodorum structurae adhibitam esse atque in oratione Panegyrica, cum in oratione forensi huiusce generis uiuacitas quaedam ac uis sermonis non solum toleretur uerum etiam desideretur.

Deinde offendit Morawski in forma plusquamperfecti *ἐδεδοίκει*, quae in §§ 14 et 22 inuenitur; affirmat enim, illam formam in reliquis Isocratis orationibus non legi, quod negare nemo poterit. Sed ne breuiores quidem formae singularis plusquamperfecti *ἐδεδίειν, ἐδεδίεις, ἐδεδίει* apud Isocratem exstant, unde optimo iure id certe nos concludere licet, potuisse quidem Isocratem in hac forma usurpanda proprium morem sequi. Praeterea longiores formae huius uerbi non omnino desiderantur apud scriptores Isocrateae aetatis; ipsa enim tertia persona singularis legitur in § 50 Lysiae orationis duodecimae; secundam autem personam habes apud Aristophanem in Pluti uersu 684[1]).

His igitur Morawskii argumentis orationem posse in suspicionem uocari mea quidem sententia non efficitur.

Benseleri uero egregius error iam ab aliis correctus est, censentis, Isocratem nunquam uti medio genere uerbi *παρέχειν* sed semper actiuo[2]). In Trapezitica quoque oratione medium ter legitur in §§ 32. 38. 42 *(μάρτυρας παρέχεσθαι)*. Sed iam Henkelius[3]) complures indagauit locos, quibus Benseleri sententia prorsus refutatur, cf. VI 32. X 63. XII 50. XVIII 8. 22 (longe plurimis locis *μάρτυρα* uel *μαρτυροῦντα παρέχεσθαι)*. Deinde nuperrime G. Jahr[4]) rectissime exposuit, medium *παρέχεσθαι* etiam aptissimum esse, si coniunctum sit cum substantiuo *μάρτυς* uel participio uerbi *μαρτυρεῖν*, cum inesset haec uis: testem praebere, quo suam ipsius sententiam comprobaret aliquis, ita ut notio praebendi paene

1) Rutherford: The new Phrynichus. Lond. 1881. pag. 270.
2) Jahn's Jahrb. (1860) p. 127.
3) Henkel: Progr. Rudolstadt. 1877.
4) Guil. Jahr. Quaestiones Isocrateae. Diss. Inaug. Halle 1881.

abierit in uim utendi; *παρέχειν* contra nil aliud ualere nisi praebere alicui aliquid, sicut in § 93 orationis VI.

Certa uerba semper eodem ordine esse collocata apud Isocratem saepius animaduerti potest. Atque Wurmius[1]) primus quidem cognouit, Isocratem (et Aeschinem) semper dicere *προσέχειν τὸν νοῦν*, nunquam *τὸν νοῦν προσέχειν*, quod Isocrates nulla alia de causa fecisse uidetur, nisi quod sic concursus uocalium semper euitabatur. Sexcentis locis id potest probari: III 16. 21. V 13. 106. VI 50. 106. VIII 3. 10. 17. 116. 127 aliis.[2]) Sed in § 24 orationis Trapeziticae codices omnes exhibent: *ὑμεῖς οὖν μοι τὸν νοῦν προσέχετε*, quae uerba sic in Blassii quoque editione leguntur, sed certe non recte. Illam enim uerborum collocationem scribae errori tribuendam esse, eo credibilius est, quod idem ordo a codicibus in § 18 orat. XI quoque exhibetur, ubi Benselerus transponere non dubitauit.

Iam de articulo constanter ante uocabulum *ἀκρόπολις* in oratione Trapezitica (§§ 18. 20. 34) omisso[3]) pauca mihi dicenda sunt, cum semper addatur in orationibus demonstratiuis; cf. V 146. VIII 47. 126. XV 234. 307. 319. Atque certam legem articuli uel omittendi uel adscribendi fuisse in hoc uocabulo apud scriptores, demonstrari uix poterit, sed ex libidine fecisse uidentur in hac re. Apud Hyperidem ter appositus (I 9, 7. 9, 27. IV 7, 9), semel omissus est (I 11, 3); apud Andocidem semel appositus (III 7), ter omissus est (I 42. 45. 75); apud Dinarchum semper deest (I 37. 96. II 24); in inscriptionibus longe saepius non adscriptus est (C. I. Gr. I 84. 85. 87. 92. 107. 123. 478, additur C. I. A. I 11. 32 B). De Isocratis usu equidem sic existimauerim, additum esse articulum in orationibus demonstratiuis, ut plenior fieret oratio, quod ille non ita consequitur in orationibus forensibus. Atque haec mea sententia aliqua ex parte hac re fulcitur, quod simili ratione Isocrates usus esse uidetur in addendo et omittendo articulo ante nomen *Πειραιεύς*, quod omnibus locis orationum demonstratiuarum habet articulum (IV 42. VII 67. 68. XV 307), cum in orationibus iudici-

1) Wurm. Comment. in Dinarch. p. 19.

2) Benseler: Isocr. Areopag. Lips. 1832. p. 117.

3) Bremi. Ausgewählte Reden 1831. excurs. IV c.

alibus modo addatur, modo desit, illud fit: XVI 13. XVIII 17. 45. 49. 59. 61, hoc XVI 46. XVIII 2. 5. 7. 38. 50.

Paucis tangam, me prorsus assentiri Fuhrio[1]), qui censet in § 2 uerba tradita: *ἡγοῦμαι φανερὸν πᾶσι ποιήσειν* transponenda esse ex usu Isocrates sic: *ἡγοῦμαι πᾶσι φανερὸν ποιήσειν*, quod omnibus locis hic ordo seruetur, ut *πᾶς* adiectiuum cum illis quidem uerbis coniunctum ponatur nonnisi post uocales.

Postremo loco de particulis transeundi quibusdam, de quibus postea accuratius exponam, iam nunc pauca mihi dicenda sunt.

Solet enim Isocrates, quod recte affirmat Schneiderus[2]), post *πρῶτον μὲν* sequentia adiungere per *ἔπειτα* omissa particula *δέ*, qua quidem in re cum optimis Graecorum scriptoribus facit[3]); post *ἔπειτα* particulam sequitur saepius *ἔτι δέ*, ita tamen, ut particula *δὲ* nunquam desideretur. Qui usus permultis locis potest illustrari, cf. IX 53. 74. VI 32. 62, V 7. 5. VII 70. XII 7. 31. 37. 68. ep. VI 2 aliis. Sed tribus locis additam esse particulam *δὲ* in codicibus iam Schneiderus animaduerterat; inter quos duo exstant in oratione Trapezitica: XIV 63. XVII 17. 40; quartum locum addidit Ljungdahlius[4]) ex orationis IV. § 175 *(μάλιστα μὲν — ἔπειτα δέ)*. Igitur etiam si recte quattuor illis locis particula *δὲ* esset tradita, nemo duobus locis orationis XVII uti posset ad genuinum ortum eius impugnandum. Sed equidem omnino ab animo impetrare non possum, ut credam, Isocratem constantissimum in usu dicendi quattuor locis aliter scripsisse atque scribere solet sexcenties. Immo potius existimo, quattuor illis locis particulam *δὲ* insertam esse ab aliquo, qui post antecedentem *μὲν* eam desiderabat, Isocratis usus ignarus, praesertim cum omnibus illis locis pauca tantum uerba inter particulas *πρῶτον μὲν (μάλιστα μὲν)* et *ἔπειτα* intersint: cf.

1) Mus. Rhen. XXXIII p. 329.

2) Ausgewählte Reden. ad. IX 42.

3) Ellendt: Ad Arrian. 3, 30, 7. — Interdum tamen apud ipsos oratores particulam *δὲ* coniunctam esse cum particula *ἔπειτα* monstrauit: Schultze in Dissertatione quae inscribitur: Prolegomenon in Demosthenis quae fertur orationem aduersus Apaturium capita duo, p. 64 sqq., qui hos locos profert: Lys. V 22. XXIII 5. 11. XVI 20. Andoc. I 50. Isaeus IV 26. IX 8. XII 6. Hyper. II 4, 20.

4) pag. 43. Anm. 3.

XIV 63 *καὶ μνησθέντας μάλιστα μὲν τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν, ἔπειτα κτέ.* IV 175 *μάλιστα μὲν Λακεδαιμονίοις ἐπικαλοῦσιν, ἔπειτα κτέ.* Et his duobus quidem locis tertia particula transitionis, ut *ἔτι δὲ* uel *πρὸς δὲ τούτοις*, omnino non sequitur (IV 176 *ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον).* XVII 17 *πρῶτον μὲν αὐτὸς ἀφανίσας ἐφ' ἡμῶν αὐτὸν ᾐτιᾶτ' ἠφανίσθαι, ἔπειτα (δὲ) — μετὰ δὲ ταῦτα. κτέ.* 40 *πρῶτον μὲν γὰρ ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι τοὺς εἰδότας, πολλά μοι χρήματ' ἐκ τοῦ Πόντου κομισθέντα, ἔπειτα (δὲ) — ἔτι δὲ — πρὸς δὲ τούτοις κτέ.* Leguntur tamen hae particulae enumerationis tertio quoque loco orationis Trapeziticae §§ 25. 27. 30, ubi *δὲ* quidem post *ἔπειτα* ex usu Isocratis omissa est, sed *πρῶτον* particula quoque consociata est cum *δὲ*, quale exemplum inueni in § 151 orat. XV, ubi pro *πρῶτον δὲ* legitur *μάλιστα δέ.*

Haec sunt, quae ab Isocratis usu dicendi aliena esse uidebantur in oratione Trapezitica. Sed neminem esse equidem crediderim, qui non concedat, haec omnia, quae quidem uere discrepent cum usu Isocratis, aut intellegi posse ex ipsius huius orationis natura, aut facili emendatione posse sanari.

Iam ad eam partem dissertationis me conuertam, in qua singulis rebus e grammatica et rhetorica dicendi ratione Isocratis sumptis me probaturum esse promiseram, non iam posse dubitari de huius orationis auctore.

Qua in quaestione me adiutum esse libris docte et accurate exaratis horum uirorum doctorum Benseleri[1]), Blassii[2]), Schneideri[3]), Strangii[4]), Gehlerti[5]), Ljungdahlii[6]), libenter atque grato animo fateor.

Atque primum quidem de particularum nonnullarum usu exponam, de quo praemittendum esse mihi uidetur, quod scholiasta quidam anonymus[7]) animaduertit, qui dicit, Isocratem „*τοὺς συνδε-*

1) Isocrat. Areopagiticus. Lips. 1832.
2) Eloqu. Att. II. et III. 2 Nachträge.
3) Ausgewählte Reden. Bd. I. et 2. Leipz. 1860.
4) Bemerkungen zu d. Att. Redn. Jahn's Archiv. Spplbd. II.—V.
5) De elocutione Isocratea. Diss. Inaug. Lips. 1874.
6) Ljungdahl: de transeundi generibus etc.
7) Spengel: *Συναγωγὴ τεχνῶν* p. 162.

σμοὺς τοὺς αὐτοὺς μὴ σύνεγγυς τιθέναι“; cui prorsus assentitur Ljungdahlius[1]) his uerbis: „uidetur illud etiam Isocrati proprium esse, quod in coniunctionibus apte et cum quadam uarietate ponendis peculiarem operam collocauit“; et: „hunc (scl. Isocratem) ob eam causam praetuli, quia et orationes eius multo maiorem praebent rerum copiam ac diuersitatem et, si dispositionis praestantiam respicias, omnes in eo consentiunt, hunc illi (scl. Lysiae) longe esse anteponendum.“

Ac primum quidem ex eis, quae Ljungdahlius disputauit de coniunctionibus, quibus a parte orationis ad partem transitur[2]), haec ad orationem Trapeziticam pertinent. Cum apud reliquos oratores saepius inueniatur particula *καὶ* consociata cum *οὐ* sine *οὐδὲ*, Isocrates hiatus euitandi causa[3]) compluribus locis negationem particula *δὲ* adnectere praefert, quae non raro tertium, paucis locis etiam quartum locum obtinet; cf. VI 15 *οὐδὲ πώποτε δὲ.* 87 *οὐχ οὕτω δ' ἄν.* VIII 99. 106 *οὐκ ἄξιον δὲ θαυμάζειν.* 114. XV 171 *οὐκ ἄξιον δὲ θαυμάζειν.* XVII 33 *οὐκ ἄξιον δὲ θαυμάζειν.* IV 187. III 42. XII 260.

Aliis contra locis particula *καὶ* scribitur, ubi *δὲ* usurpari solet[4]); duobus enim locis reperitur: *καὶ πρὸς τούτοις* pro *πρὸς δὲ τούτοις* (XIV 9. XVII 41. 50. ep. VI 3. XV 145. IV 45) VIII 118: *καὶ πρὸς τούτοις οἱ μὲν σφίσιν αὐτοῖς πολεμοῦσι κτέ.* XVII 9 *καὶ πρὸς τούτοις, ὦ. ἄ. δ., ἐνόμιζεν κτέ.*, ubi ab illis uocabulis uerborum comprehensiones incipiunt, cum aliis locis *καὶ πρὸς τούτοις* tum dicatur, cum in eodem enuntiato alterum *καὶ* praecedit[5]); cf. XVI 32 *περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ὁρῶν τὴν ἐν Ὀλυμπίᾳ πανήγυριν — θαυμαζομένην, — καὶ τοὺς δ' ἀθλητὰς*

1) p. 4. — Dion. Hal. de Isocr. V. pagg. 542—43. p. 558 (R.).
2) Ljungdahl. p. 17 sqq.
3) Ljungdahl. p. 26. — K. Schepe: De transitionis formulis, quibus oratores Attici praeter Isocratem, Aeschinem, Demosthenemque utuntur. Progr. Bückeburg 1878. p. 10. *καὶ οὐ* siue *οὐδὲν* inuenientur apud Isocratem hisce locis: V 14. VIII 84. XII 107. 184. XV 70. 101.
4) Ljungdahl. pagg. 30. 46.
5) Ljungdahl. pag. 46.

ζηλουμένους καὶ τὰς πόλεις ὀνομαστὰς γιγνομένας —, καὶ πρὸς τούτοις κτέ.

Denique ex hac transitionum classe mentio fiat harum particularum copulatarum: καὶ μὲν δὴ (καὶ)[1]), quae compluribus locis ab Isocrate usurpantur, semper tamen ita, ut post illas particulas iterum ponatur καὶ (uno loco καὶ deest: III 16), cum apud Lysiam et Isaeum plerumque alterum καὶ omittatur[2]). cf. III 36 καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ σωφροσύνης ἔτι μεῖζω τούτων ἔχω διελθεῖν. IV 39. 40. VIII 24. VII 66. XI 21. 36. 49. XV 20. XVII 29 καὶ μὲν δή, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τόδε ῥᾴδιον πᾶσι γνῶναι, ὅτι κτέ. Is. X 12 καὶ μὲν δή, ὦ ἄνδρες, οὐδὲ Ἀριστομένει γε οὐδὲ Ἀπολλοδώρῳ — οὐδὲ τούτοις ἐξῆν. Lys. IV 13 καὶ μὲν δὴ πολὺ ἂν δικαιότερον ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ βασανισθείη. VII 36. X 5. 29. XII 30. 35. 49. XIV 12. 32. 34. 43. XV 9. XXII 19. XXI 23. XXVI 11. Sed in oratione XVIII § 9 καὶ μὲν δή, ὦ. ἄ. δ., καὶ Διόγνητος.

De enumerationis particulis eis, quas iam antea exposui, nunc pauca addam. Atque primum quidem, si complures enumerantur res, uarietas coniunctarum particularum est maxima; haec exempla proferam: XII 67. 68 πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔτι δὲ. IX 74. 75 πρῶτον μὲν — ἔπειτα — πρὸς δὲ τούτοις. VIII 133. 134. 135 πρῶτον μὲν — δεύτερον δὲ — τρίτον. XII 30. 31. 32 πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔτι (δὲ) — τέταρτον. XII 37. 38 πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔτι δὲ — πάντων δὲ μάλιστα. XV 209—213 πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔτι δὲ — ὃ δὲ πάντων δεινότατον. Sed quattuor tantum locis hae sunt consociatae: πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔτι δὲ — πρὸς δὲ τούτοις; cf. VI 62 ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτον μὲν Ἀθηναίους — ὁτιοῦν ἂν ποιήσοντας· ἔπειτα τῶν ἄλλων πόλεων ἔστιν ἃς ὁμοίως ἂν — βουλευσομένας· ἔτι δὲ Διονύσιον — καὶ τοὺς ἄλλους — ἐπικουρήσοντας· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν Ἑλλήνων — τοὺς πρωτεύοντας — μεθ' ὑμῶν ὄντας κτέ. § 32. XIX 50. ubi tamen πρὸς δὲ τούτοις tertio, ἔτι δὲ quarto loco legitur. XVII 40. 41 πρῶτον μὲν γὰρ ὑμῖν

1) Ljungdahl. p. 42.
2) Schepe. p. 15.

μάρτυρας παρέξομαι — ἔπειτα (δὲ) τοὺς ὁρῶντάς με τῇ τούτου τραπέζῃ χρώμενον, ἔτι δὲ παρ' ὧν ἐχρυσώνησ' πλέον ἢ χιλίους στατῆρας. πρὸς δὲ τούτοις — πλεῖστον εἰσήνεγκα τῶν ξένων κτέ. Praeterea μάλιστα μὲν pro πρῶτον μὲν primo loco habes in §§ 2. 3 orat. II[1]).

Hoc quoque uelim animaduertatur, in exemplo illo ex oratione Trapezitica allato sententiarum conformationem institutam deseri in extremo membro, quod his quoque locis fit: XIV 8 ὑμεῖς δ' ἐνθυμεῖσθε πρῶτον μέν, εἰ δίκαιόν ἐστιν —, ἔπειτ' εἰ προσήκειν ὑμῖν δοκεῖ —. 9 πρὸς δὲ τούτοις οὐδ' ὁμολογούμενα φαίνονται διαπραττόμενοι κτέ. ep. VI 2. 3. IV 101. 102. VI 35—37. XVIII 14. XV 117. 119.

Atque haec enumerandi ratio: πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔτι δὲ — πρὸς δὲ τούτοις apud Antiphontem, Andocidem, Lysiam, Lycurgum, Hyperidem non exstat, semel apud Isaeum[2]) (IV 26, ubi alterum ἔτι δὲ post πρὸς δὲ τούτοις additur); sed semper desideratur haec uel illa particula aut ordo particularum diuersus est.

In oratione Trapezitica praeterea haec enumerationis genera inueniuntur. Quinque membra inter se cohaerent inde a § 25 usque ad § 31. § 25 πρῶτον δ' ἐκ τούτου σκοπεῖσθε. ὅτε γὰρ κτέ. § 27 ἔπειτ' ἐγὼ μὲν — ἔχω τὰς αἰτίας εἰπεῖν —. § 27 καὶ μὲν δή, ὦ. ἄ. δ. καὶ τόδε ῥᾴδιον πᾶσι γνῶναι κτέ. § 30 ἔτι δὲ κἀκεῖν' ὑπερφυές, κτέ. § 31 ὃ δὲ πάντων δεινότατον. Similiter XII 37. 38 πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔτι δὲ — πάντων δὲ μάλιστα. XV 209—13 πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔτι δὲ — ὃ δὲ πάντων δεινότατον.

Rerum gestarum consecutio enumeratur in § 17 or. XVII πρῶτον μὲν αὐτὸς ἀφανίσας ὑφ' ἡμῶν αὐτὸν ᾐτιᾶτ' ἠφανίσθαι, ἔπειτα (δὲ) συλληφθέντα — διεκώλυσε βασανίζεσθαι, μετὰ δὲ ταῦθ' ὡς δοῦλον κτέ. cf. IV 140. 141. X 35. XVI 30. 31, quibus quidem locis particula ἔπειτα omissa est.

1) Sed semper ad particulam πρῶτον articulus τὸ adicitur apud Isocratem, si inest uis: initio; cf. XVI 5. XVIII 7 (τὸ μὲν πρῶτον — τελευτῶν δὲ). 11. ep. IV 8. VI 7. XVII 32. 42 (τὸ μὲν πρῶτον — τελευτῶντες δὲ).
2) Schultze. Prolegomena in Demosthenis quae fertur orationem aduersus Apaturium. p. 64 sqq.

Saepius enumeratio sic quoque instituitur, ut particulae *πρὸς δὲ τούτοις* adiungantur particulis *μὲν — δὲ*[1]); cf. XVII 49. 50 *ὃς τὸν μὲν παῖδα ἔφασκεν ἀνδραποδισθῆναι, τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον ἀπεγράψατο μὲν —, ἐπεὶ δ' αὐτὸν ἠξίουν — ἀφῃρεῖθ' ὡς ἐλεύθερον ὄντα. πρὸς δὲ τούτοις — ἐτόλμησεν κτέ.* XV 155—56. XI 66—67.

Sed ut intellegatur, quantum differat paruus numerus Lysiae transitionum huius generis, legitimae eius hae sunt[2]): *πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔτι.* XVII 8. XXX 19. *πρῶτον μὲν — ἔπειτα — ἔπειτα.* XIII 97. XXVI 23. XIII 13. *πρῶτον μὲν — ἔπειτα — καὶ δή.* XIII 4. *πρῶτον μὲν — εἶτα — ἔπειτα.* I 40 (Isocrates *εἶτα* nunquam enumerationi inseruit). *πρῶτον μὲν — εἶτα.* XIII 86. *πρῶτον μὲν οὖν.* XIII 7. I 9.

E transitionibus, quae proprie dicuntur, haec digna esse uidentur memoratu. Pro particulis *μὲν οὖν*, quae et apud Isocratem et apud reliquos oratores saepissime occurrunt, rarius usurpatae sunt *μὲν τοίνυν*, quae apud Isaeum solum frequentiores esse affirmat Schepius[3]). Bis in or. XVII § 44. *ὡς μὲν τοίνυν ἦν τέ μοι πολλὰ χρήματ' ἐνθάδε — παρὰ τῶν ἄλλων τῶν εἰδότων ἀκηκόατε.* § 33. *ὅτι μὲν τοίνυν τὰς συνθήκας ἐποιησάμεθ' — ἱκανῶς ἐπιδεδεῖχθαι νομίζω.* XX 1. XV 67. 74. XIX 21.

Non silentio praetereundum esse existimo, semel[4]) tantum apud Isocratem atque in oratione Trapezitica quidem id transitionis genus inueniri, ubi duo transitionis membra per *μὲν* et *δὲ* inter se opposita nulla particula cum antecedentibus coniuncta sunt, quod imprimus post testimonia fit et saepissime apud alios reperitur; § 13 *τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε ὦ. ἄ. δ., ἐγὼ δὲ κτέ.* Sed complura eiusmodi exempla nos certe apud Isocratem esse lecturos equidem crediderim, si plures tales orationes nobis essent seruatae, qualis est Trapezitica, dico uere forenses.

Denique hoc Isocratis proprium esse uidetur, occupationis par-

1) Ljungdahl. p. 45.
2) Schepe. p. 24.
3) p. 29.
4) Ljungdahl. p. 55.

ticulis *ἀλλὰ γὰρ* sic uti, ut fere semper adiciatur aduerbium *ἴσως*[1]). cf. XIX 36 *ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἀνάξιος ἦν υἱὸς εἰσποιηθῆναι Θρασυλόχῳ καὶ λαβεῖν αὐτοῦ τὴν ἀδελφήν.* VI 80. IV 175. XI 48. XVII 49. *ἀλλὰ γὰρ ἴσως περὶ τούτων μόνον ἀλλ' οὐ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐναντί' αὐτὸς αὑτῷ καὶ λέγων καὶ πράττων φανερός ἐστιν. ὃς κτέ.* Reliqui oratores saepius admiserunt aut solam particulam *ἀλλὰ* aut *ἀλλὰ νὴ Δία.* cf. Ant. V 28. Din. II 8. Is. XI 25. III 73. Hyp. p. Eux. XXVI 1 sq. [And.] IV 37. *ἀλλὰ γὰρ ἴσως μετὰ μικρᾶς διαβολῆς — ἐκινδύνευον κτέ.*

Atque haec quidem de transitionis particulis, de quibus plenius mihi exponendum esse putaui, cum ex eis imprimis, in quibus, ut iam supra dixi, orator noster perculiarem operam collocauit, apparere mihi uideretur, in Trapezitica quoque oratione Isocratis usum dicendi deprehendi.

Iam ad alia transeo. Atque de particulis *μὲν* et *δὲ* G. Bernhardy[2]) non prorsus recte statuisse uidetur, singularem esse usum Isocratis inter oratores Atticos inuersae collocationis articuli cum particulis illis coniuncti ut hoc loco II 18 *ἵνα τὰς μὲν (scl. ἐργασίας) φεύγωσι, πρὸς δὲ τὰς προθυμότερον ἔχωσιν.* Eandem enim inuersionem Gebauerus[3]) apud Demosthenem quoque deprehendit, XXVII 63. *παρὰ μὲν τῶν — τῷ δέ.* (cf. Thucyd. I 50 *τὰ σκάφη μὲν — πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους).* Sed non eiusdem modi est exemplum illud, quod Gebauerus e Lysiae oratione XVI § 10 attulit: *δύο μὲν ἀδελφὰς — πρὸς τὸν ἀδελφὸν δὲ κτέ.*, cum apud Isocratem particula *δὲ* (uel *μὲν*) continuo post praepositionem semper ponatur. Neque tamen negari potest, apud Isocratem illum usum multo saepius reperiri, quam apud illos; cf. III 33. *τοῖς μὲν ἅπαντ' ἀπονίνων, τοῖς δὲ μέρη, τῶν δ' ἀναβαλέσθαι δεόμενος, πρὸς δὲ τοὺς-διαλλαττόμενος.* III 34. IV 82. 137. 151. VII 52. XVII 7. *τὰ μὲν φανερὰ τῶν χρημάτων παραδοῦναι, περὶ δὲ τῶν κτέ.* 13. *ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἀπολωλεκὼς ἤδη, περὶ δὲ τῶν κτέ.* 16. *περὶ μὲν τῆς παραδόσεως — τὸ δ' ἀργύριον κτέ.*

1) Ljungdahl. p. 59. — Schepe. p. 17.
2) Syntax. p. 310. Anm.
3) De hypotacticis et paratacticis argumenti ex contrario formis etc. p. 114. sq.

Atque de particulis *μὲν* et *δὲ* statim hoc loco addantur haec. Primum enim neminem offendere poterit omissa *δὲ* in epanalepsi illa aduerbiorum § 48. *ὅτε μὲν γὰρ οὕτως ἔπραττον, — τότε μὲν αἰτιᾶται —· ἐπειδὴ δ' ἐγὼ — ἀπηλλάγην —, τηνικαῦτά μέ φησιν κτέ.* Etenim quanquam plerumque apud Isocratem duabus particulis *μὲν* duae *δὲ* respondere solent, sicut VII 47. *παρ' οἷς μὲν γὰρ — παρὰ τούτοις μὲν —, ὅπου δὲ — ἐνταῦθα δὲ κτέ.* VIII 55, in orationis IV. § 176 tamen altera particula *μὲν* deest: *ἃ μὲν γὰρ ἀφίησι —, πάλαι λέλυται —· ἃ δ' αἰσχύνην ὑμῖν φέρει —, ταῦτα δὲ — μένει κτέ.* Similis locus atque in oratione Trapezitica est in or. XVIII §§ 47. 48. *ὃς δέκα μὲν ἔτη — παρέσχεν —, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν τὸν χρόνον διετέλεσεν —, ἐπειδὴ δ' οἱ τριάκοντα κατέστησαν, τηνικαῦτα κατέπλευσεν εἰς τὴν πόλιν.*

Magis ad compositionem totius orationis non raro quaesitam et molestam ut orationum demonstratiuarum pertinet ille locus in § 15.[1]) *ἡγούμενος περὶ μὲν τῶν παρεληλυθότων φανερῶς ἡμαρτηκέναι, οἰόμενος δ' ἐκ τῶν λοιπῶν ἐπανορθώσεσθαι*, quo particula *δὲ* non uerbis *τῶν λοιπῶν*, quae antecedentibus *περὶ μὲν τῶν παρεληλυθότων* opposita sunt, adiungitur, sed participio *οἰόμενος*, quo notio communis prioris membri iteratur.

Deinde ualde adamauit Isocrates particula *καίτοι* uti coniuncta imprimis cum aduerbio *πῶς*[2]); cf. IX 65. III 25. IV 96. 127. 155. 175. V 50. VI 30. 32. 54. VII 18. 27. 25. VIII 105. XII 220. ep. II 18. IX 17. XVII 48. *καίτοι πῶς ἂν τούτων ἀλογώτερα γένοιτο;* 50. *καίτοι ὅστις — ἐπεχείρει ψεύδεσθαι, πῶς χρὴ πιστεύειν αὐτῷ κτέ.* Omnino autem *καίτοι* saepius inducuntur interrogationes; cf. XVI 30. 42. XVIII 30. 39. XIX 22. 34. 40. 46. XX 3. XXI 14. XVII 26. 30. 32. 34. 37. 46. 43.

Animaduertas uelim apud Lycurgum quoque oratorem, Isocratis discipulum, non raro hanc particulam legi, imprimis in argumentationis partibus[3]); cf. or. Leocrat. §§ 27. 30. 37. 39. 44. 53. 64. 74. 77. 83. 90. 105. 134. 139.

---

1) Gebauer. p. 127.
2) Schneider, Ausgewählte Reden. I. p. 62.
3) Rehdantz. Lyc. Leocrat. § 98. Anm.

Iam constans usus Isocratis est, articulum omittere ante nomina propria populorum et incolarum urbium exceptis his: *οἱ Ἕλληνες* et *οἱ Ἴωνες*. Idemque fit in substantiuo *ἄνθρωποι* coniuncto cum adiectiuo *πάντες* uel *ἅπαντες*[1]). In oratione Trapezitica eius usus haec leguntur exempla; § 36. *ἄλλως τε καὶ Λακεδαιμονίων ἀρχόντων κτέ.* § 57. *περὶ πλείστου τῶν Ἑλλήνων ὑμᾶς ποιοῦνται.* § 23. *θρασύτατος ἁπάντων ἀνθρώπων ἐγένετο.*

Insolito more paucis locis apud Isocratem uerba *οἱ ἄλλοι* posita sunt post substantiuum, quocum coniuncta sunt, *quod in unius huius Attici oratoris usu esse animaduertit Strangius*[2]); cf. V 33. *Θηβαῖοι δὲ τὸν ἀρχηγόν — τιμῶσι — μᾶλλον ἢ τοὺς θεοὺς τοὺς ἄλλους.* VI 73. *τὸν ὄχλον τὸν ἄλλον.* XVII 49. *ἀπεγράψατο μὲν — ὡς δοῦλον μετὰ τῶν οἰκετῶν τῶν ἄλλων.* —

Praeterea apud Thucydidem nonnullis locis haec collocatio adiectiui *ἄλλος* cum repetito articulo consociati reperitur; cf. II 68. *Ἀμφιλοχίαν τὴν ἄλλην ἔκτισε.* III 6. *τῆς δὲ γῆς τῆς μὲν ἄλλης ἐκράτουν.* VI 48. *ἀλλ' ἔς τε τὰς πόλεις ἐπικηρυκεύεσθαι πλὴν Σελινοῦντος καὶ Συρακουσῶν τὰς ἄλλας.* VI 67. *οἱ ξύμμαχοι οἱ ἄλλοι.* Arrian. Anab. III 16. *ταῖς τάξεσι ταῖς ἄλλαις.* III 19. *τὴν στρατιὰν δὲ τὴν ἄλλην.* III 30. *τῆς Ἀσίας τῆς ἄλλης.* IV 29. *τοὺς ψιλοὺς τοὺς ἄλλους.* V 1. *τοῖς ὅπλοις τοῖς τε ἄλλοις.* Ante substantiuum illa uerba leguntur apud Herodotum. IV 175, 9. *τῆς ἄλλης τῆς — Λιβύης.*

Uerba quaedam ab Isocrate semper in eundem ordinem redigi, scilicet hiatus euitandi causa, iam supra dixi. Neque alia de causa uerba *μᾶλλον ἢ* non raro sic coniungit, ut uocabula non interponantur[3]); cf. III 34. IV 53. VII 52. VIII 93. XII 214. XVIII 48. ep. VII 1. XVII 28. *πῶς οὐκ ἂν δικαίως ἐμοὶ μᾶλλον ἢ τούτῳ περὶ τοῦ γραμματείου πιστεύοιτε;* 54. —

Paucis locis in Isocratis orationibus uerbum *ἀποστερεῖσθαι* uim perfecti habet, ita ut dictum sit pro uerbo *ἀποστέρεσθαι*[4]);

---

1) Bremi. exc. IV.
2) Jahn's Archiv. Sppbd. III. (1834.) p. 599.
3) Schneider. I. p. 100 sq.
Haupt. De I. epistulis I. VI VIII. Zittauiae. 1873. p. 7.
4) Schneider. II. p. 59. — Veitch. Greek Verbs. p. 604.

cf. IV 105. *δεινὸν ἡγούμενοι — φύσει πολίτας ὄντας νόμῳ τῆς πολιτείας ἀποστερεῖσθαι.* VI 25. *εἰ δὲ μηδεὶς ἂν ὑμῶν ἀξιώσειε ζῆν ἀποστερούμενος τῆς πατρίδος.* XIV 17. *ἐνθυμεῖσθε δ' ὅτι τὸν πόλεμον ἀνείλεσθε οὐχ ὑπὲρ — ἀλλ' ὑπὲρ τῶν — τῆς αὐτονομίας ἀποστερουμένων.* XVII 2. *ἡγοῦμαι φανερὸν πᾶσι ποιήσειν, ὅτι ἀποστεροῦμαι τῶν χρημάτων ὑπὸ Πασίωνος.*

Deinde maxime proprium est Isocratis, cum uerbis coniungere aduerbium *σφόδρα*; cf. IX 24. XVIII 9. XVI 26. *σφόδρα πιστεύειν.* IX 39. *σφόδρα ἀπιστεῖν.* VIII 57. XVIII 29. *σφόδρα ἀγανακτεῖν.* VII 37. *σφόδρα σπουδάζειν.* XIX 8. *σφόδρα ἀγαπᾶν.* XVI 14. *σφόδρα νομίζειν.* XVI 37. XX 7. IV 138. XII 163. V 91. 94. IX 43. XII 4. VII 25. XVII 16. *σφόδρα φεύγειν.* 30. *σφόδρα ἀπιστεῖν* (IX 39). 52. *σφόδρα νομίζειν* (XVI 14).

Denique maxima est copia superlatiuorum in Isocratis orationibus; cf. III 10. IX 40. XVII 12. *σαφέστατον. πάντων δεινότατον.* 2. *πάντων χαλεπώτατον.* 8. 10. 13. 14. 23. 24. 31.

Iam proferam, quod pertinet ad integritatem et perspicuitatem sermonis, de qua Dionysii uerba haec sunt: *καὶ γὰρ αὕτη* (scl. *λέξις*) *πέφευγεν ἀπηρχαιωμένων καὶ σημειωδῶν ὀνομάτων τὴν ἀπειροκαλίαν.* At reperiuntur tamen nonnulla poetica uerba in Isocratis orationibus, quae Gehlertus[1]) collegit. Atque unum quidem in oratione Trapezitica exstat, § 34. *καταστραγίζειν*[2]), tali quidem loco, quo sermo elatior est.

Sed ut pergam ad commoditatem orationis, Isocrates multus est in conectendo uerbo *ποιεῖσθαι* cum nominis aut adiectiui accusatiuo, qua re simplicis uerbi notio circumscribitur[3]); cf. VIII 138. *ἱκετείας καὶ δεήσεις ποιεῖσθαι.* XIV 36. *θεραπείαν ποιεῖσθαι.* In oratione Trapezitica huius uberioris dictionis haec habes exempla; § 24. *ἀπολογίαν ποιεῖσθαι.* § 28. *ἀπαλλαγὴν ποιεῖσθαι.* § 29. *συνθήκας ποιεῖσθαι.* § 46. *ἀποστέρησιν ποιεῖσθαι.* §§ 2. 11. 24. *φανερὸν ποιεῖν.*

1) p. 22.

2) Aeschyl. Suppl. u 947. — Plat. Eryx. 400. A. — Eurip. Hypsip. Frgm. 12. -- Plut. Moral. p. 431. D. -- Luc. Alex. 49.

3) Gehlert. p. 25.

Deinde substantiua quae dicuntur uerbalia saepe cum uerbis *εἶναι, γίγνεσθαι* similibus coniunguntur[1]); XVII 37. *ἐγγυητὴς γίγνεσθαι.* 44. *ἐγγυητὴς καθίστασθαι.*

Praecipue autem ad hanc elocutionis partem spectant synonyma coniuncta, quorum copia sat magna est apud Isocratem[2]); qua re imprimis Dionysii iudicium excitatum esse uidetur[3]): *ἡ λέξις ἡ Ἰσοκράτους στρογγύλη οὐκ ἔστιν καὶ συγκεκροτημένη καὶ πρὸς ἀγῶνας δικανικοὺς εὔθετος· ὑπτία δ' ἐστὶ μᾶλλον καὶ κεχυμένη πλουσίως οὐδὲ δὴ σύντομος ἀλλὰ καὶ κατασκελὴς καὶ βραδυτέρα τοῦ μετρίου.*

Atque in oratione Trapezitica haec reperiuntur exempla; § 17. *ἀδικεῖν καὶ δεινὰ ποιεῖν.* 12. *διαφθείραντες καὶ πείσαντες.* 54. *οὐδὲ πιστότερον οὐδ' ἀληθέστερον.* Adamat autem Isocrates omnino uberiorem quandam copiam uerborum, quod ex his exemplis orationis Trapeziticae intellegatur; § 47. *μανία καὶ ἀμαθία.* 48. *ἀτοπία καὶ ἀπιστία.* 9. *καὶ πρὸς μὲν ἐμὲ προσεποιεῖτ' ἀπορεῖν καὶ οὐκ ἂν ἔχειν ἀποδοῦναι.* 23. *ἀπορῶν δὲ καὶ οὐδεμίαν ἄλλην εὑρίσκων ἀπαλλαγήν.* 24. *ἐκ τοῦ διαφθαρμένου γραμματείου τὴν ἀπολογίαν ποιήσασθαι καὶ τούτοις ἰσχυρίεισθαι μάλιστα.* 56. *συκοφαντήσων καὶ ψευδεῖς αὐτῷ παρακαταθήκας ἐγκαλῶν.* 12. *καὶ ταῦτα λέγων καὶ ἀγανακτῶν καὶ δακρύων.* 52. *βοηθεῖν ἐμοὶ καὶ μὴ περιορᾶν ἀδικούμενον.* 14. *οὐκ ᾐσχύνετ' οὐδ' ἐδεδοίκει,* quae uerba praeterea semel tantum coniungit Isocrates[4]); XXI 8. *οὓς ἂν μήτ' αἰσχύνωνται μήτε δεδίωσι*[5]); cf. XVI 22. *οὐκ αἰσχύνονται τοιαύτῃ παρρησίᾳ χρώμενοι —, ἣν ἔδεισαν ἂν ποιήσασθαι κτἑ.;* semel quoque in Lycurgi Leocratea consociata sunt, quod uelim animaduertatur, praesertim cum

1) Gehlert. p. 25.

2) Gehlert. p. 26.

3) De Isocr. p. 538.

4) Krasper. Probe eines vollständigen Wörterverzeichnisses zu Isocrates. — Progr. Magdeburg 1872. p. 18.

5) Blass. El. Att. III 2. p. 349. ubi aliae similitudines inter Trapeziticam et reliquas orationes intercedentes enumerantur: cf. XVII 45; XX 9; ep. VIII 9. XVII 10; XIX 22; XIV 48. Addo.: XVII 3. *πολλῆς μὲν χώρας — ἁπάσης δὲ δυνάμεως.* IV 35. *πολλὰς μὲν — πόλεις —, ἁπάσας δὲ τὰς νήσους.* IX 44.

satis constet, in multis rebus illum oratorem imitatum esse Isocratem; § 74. *ὃς οὔτε ἔδεισεν οὔτε ᾐσχύνθη ὑμᾶς.*

Apparet autem Isocratem uti hac dicendi ubertate eis quoque locis, quibus oratio prorsus sedata et placida est, cum apud Lysiam synonyma et multa rariora et ibi tantum reperiantur, ubi grandius loquitur.

Quibus uestigiis Isocrateae dicendi rationis e uerborum delectu conlatis iam monstrandum erit, qualis sit ornatus oratorius in oratione Trapezitica.

Atque luculentissimum documentum sententiarum congeriei legitur in § 34, ubi de hydriis sermo est: *καίτοι ὅστις — ταύτας ὑπανοίγειν ἐτόλμησεν, αἳ σεσημασμέναι μὲν ἦσαν ὑπὸ τῶν πρυτάνεων, κατεσφραγισμέναι δ' ὑπὸ τῶν χορηγῶν, ἐφυλάττοντο δ' ὑπὸ τῶν ταμιῶν, ἔκειντο δ' ἐν ἀκροπόλει, τί δεῖ θαυμάζειν κτέ.*

Deinde polysyndeta haec habes: § 2. *οἳ καὶ φίλους πολλοὺς κέκτηνται καὶ χρήματα πολλὰ διαχειρίζουσι καὶ πιστοὶ διὰ τὴν τέχνην δοκοῦσιν εἶναι.* § 54. 7.

In numero asyndetorum apud Isocratem rarissimorum ea exempla ducenda sunt, ubi subito abrumpitur oratio, quod in epistulis et orationibus forensibus fere solis fit; ep. II 24. *οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείω λέγειν πλὴν τοσοῦτον κτέ.* ep. VIII 10. VI 111. XVIII 10. *τί ἂν ὑμῖν τὰ πολλὰ διηγοίμην;* XVII 23. *τί ἂν ὑμῖν τὰ πολλὰ λέγοιμι.*

Denique una sententia, quae dicitur *γνώμη* a Graecis, legitur in § 54. *ὁρῶ δὲ καὶ ὑμᾶς καὶ περὶ τῶν δημοσίων οὐδὲν πιστότερον οὐδ' ἀληθέστερον βασάνου νομίζοντας — τὰς δὲ βασάνους φανερῶς ἐπιδεικνύναι, ὁπότεροι τἀληθῆ λέγουσιν.* Eadem sententia utitur Isaeus VIII 12. et Demosthenes XXX 38[1]).

Atque de sententiarum figuris breuem me esse licet, cum eis Isocrates, ut omnino illius aetatis oratores, fere abstinuerit.

Huc spectant praecipue interrogationes quae uocantur rhetoricae, apud Lysiam frequentissimae. Non paucae in Trapezitica quoque oratione insunt; cf. §§ 10. 23. 26. 28. 30. 32. 46. 47. 48. 50. 53.

1) W. Herforth. Die Nachahmungen d. Isae. u. Isocrat. Stils bei Demosthenes. Progr. Grünberg i. Schles. 1880. —

Praeterea Blassius (El. Att. II. p. 213.) animaduertit, et hoc loco et apud Antiphontem uerba *εἰκάζειν* et *εἰδέναι* inter se esse opposita cf. Antiph. VI 18. Is. XVII 54. *ἠβουλήθη εἰκάζειν ὑμᾶς — μᾶλλον ἢ σαφῶς εἰδέναι.* Eadem oppositio in Leocratea quoque Lycurgi § 28. inuenitur.

Adamat Isocrates quoque cumulare tales interrogationes, quae postremum paucis uerbis omnes refutantur, quod saepissime fit apud Lysiam[1]); cf. XV 222 sqq. 218. XII 22. XVII 46, ubi post quattuor interrogationes oratio his uerbis concluditur: *ἀλλ' οὐχ οὕτως ἑκάτερος ἡμῶν ἔπραττεν.* —

Anaphorae exemplum non recte statuisse Frohbergerum[2]) in § 34 orationis Trapeziticae iam monuit Gehlertus[3]), cum illo loco non idem uerbum repetatur.

Hoc genus anaphorae solum saepius ab Isocrate admittitur, ut uocabulorum *πολύς, οὗτος, ὅς, τίς* singuli casus iterentur[1]); cf. XX 9. *πολλοὺς μὲν οἴκους — πολλὰς δὲ πόλεις.* XVIII 30 *τῷ δ' ἂν δόξαιμεν —; τίνας δὲ πίστεις — εὑρήσομεν;* 28. 34. IV 189 sq. VII 14. XVII 2. *καὶ φίλους πολλοὺς κέκτηνται καὶ χρήματα πολλὰ διαχειρίζουσιν.* 28. *τί κερδαίνων ἢ τίνα κίνδυνον φοβηθείς κτέ.*

Aliae sententiarum figurae neque in hac oratione neque in reliquis Isocratis reperiuntur, ut rarissima exempla emendationis et occultationis et oppositionis omittantur.

Iam uenio ad extremam partem elocutionis, figuras uerborum, de quibus sic exponam, ut simul de compositione proferam, quae ad orationem Trapeziticam pertinent.

Atque primum quidem constat, Isocratem duas uerborum figuras apud Gorgiam praeceptorem usitatissimas multo rarius adhibuisse: parecheses et paronomasias[5]). Neque tamen in oratione Trapezitica exempla desunt.

Paronomasiae autem unum genus eiusmodi est, ut duo composita eiusdem simplicis uerbi in eodem enuntiato ponantur; cf. XVI 17. *ἡγούμενοι κρεῖττον εἶναι — τὴν πατρίδα παραδοῦναι μᾶλ-*

1) Gehlert. p. 40. — Blass. Eloqu. Att. II. p. 116.
2) Ausgew. Reden d. Lys. uol. I. prolegg. p. 10. II. not. 69.
3) p. 42.
4) Blass. Eloqu. Att. II. p. 166. — Gehlert. p. 40.
5) Blass. Eloqu. Att. II. p. 160 sq.

λον ἢ — τῆς πολιτείας μεταδοῦναι. 20. διέδωκε — ἀπέδωκε. XVII 8. τότε μὲν οὖν, ὦ. ἄ. δ. ἐνόμιζόν μοι Πασίωνα δι' εὔνοιαν ἅπαντα ταῦτα συμβουλεύειν· ἐπειδὴ δὲ πρὸς τοὺς παρὰ Σατύρου διεπραξάμην, ἔγνων αὐτὸν ἐπιβουλεύοντα τοῖς ἐμοῖς.

Deinde paronomasia sic efficitur, ut post simplex uerbum compositum inducatur; cf. V 22. τῶν κακῶν ὧν αὐτοί τ' ἔχουσι καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχουσιν. VIII 64. IX 55. νομίζοντες — τὰ περὶ τὴν ἤπειρον μόνον καλῶς ἕξειν, — ἅπασαν τὴν Ἑλλάδα τῆς νίκης ταύτης μεθέξειν. XVII 54 sq. οὐ γὰρ δὴ τοῦτο γ' ἂν εἰπεῖν ἔχοι, ὡς ἔλαττον ἔμελλεν ἕξειν ἐν τῇ βασάνῳ, — πάντες γὰρ ἐπίστασθ' ὅτι κατειπὼν μὲν ἤμελλε — καὶ μεθέξειν. ἀλλ' ὅμως τοσούτῳ μέλλων πλέον ἕξειν κτέ.

Parecheses quas Isocrates admittit ita sunt comparatae, ut uerba componantur, quorum extremae syllabae consonant; quod quidem sexcenties fit[1]); XV 18. δοκεῖν ἀδικεῖν. 160. δοκεῖν εὐπορεῖν. VII 42. ἐθελήσειν ἐμμένειν. XIX 27. V 55. IX 41. XI 44. ep. VII 2, — VI 94. ἐπιτάττειν ἐθέλειν ἀποθνήσκειν. ep. VI 2. δύνασθαι πλανᾶσθαι. XVII 5. εἰσπλεῖν κελεύειν. 15. εἶναι παραδοῦναι (ubi sequitur tertius infinitiuus βασανίζειν).

Deinde uerba eadem praepositione composita coniunguntur; IV 47. συνεξεῦρε καὶ συγκατεσκεύασεν. X 52. συνεξώρμησαν καὶ συνεξέπεμψαν. VII 140. συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ. XVII 18. συγγνώμην ἔχειν αὑτῷ καὶ συγκρύψαι τὴν συμφοράν.

Rarissimae autem sunt eae parecheses, qualis legitur in § 39. or. Trapeziticae: ὁμολογῷ καὶ τούτῳ προσομολογῆσαι et in § 47. μανίαν καὶ ἀμαθίαν; habes tamen φήμην καὶ μνήμην in or. IV 86. et V 134.

Sed recte Blassius censuit, haec omnia esse reliquias obsoleti generis ornandi[2]).

Multus autem erat Isocrates in tribus illis figuris, quae dicuntur Gorgianae: antitheto, pariso, paromoio, ad quas accedere solet longa et ampla periodorum structura. 9. καὶ πρὸς τούτοις, ὦ. ἄ. δ., ἐνόμιζεν, εἰ μὲν αὐτοῦ ἐπιχειροίην, ἐκδοθήσεσθαί μ' ὑπὸ τῆς πόλεως Σατύρῳ, εἰ δ' ἄλλοσέ ποι τραποίμην, οὐδὲν μελήσειν αὐτῷ τῶν ἐμῶν λόγων, εἰ δ' εἰσπλευσοίμην εἰς τὸν Πόντον, ἀποθανεῖσθαι με μετὰ τοῦ πατρός[1]).

1) Strange. Jahn's Archiv. Sppbd. III. p. 609.

2) Eloqu. Att. II. p. 160 sqq.

Pertinet autem totus sententiarum conexus inde a uerbis βουλομένου γὰρ ἐμοῦ κομίσασθαι in § 8. usque ad uerba § 9. ταῦτα διαλογιζόμενος κτέ., duabus longis periodis interiectis.

Longa et non sine arte conformata periodus in § 17. quoque continetur: ἐπειδὴ τοίνυν — κατεγίγνωσκον ἀδικεῖν καὶ δεινὰ ποιεῖν — πρῶτον μὲν — ἠτιᾶτ' ἠφανίσθαι, ἔπειτα (δὲ) — διεκώλυσε βασανίζεσθαι, μετὰ δὲ ταῦθ' — λόγῳ μὲν ἐκώλυσε βασανίζειν, ἔργῳ δ' οὐκ εἴα, διὰ ταῦθ' ἡγούμενος κτέ.

§ 11. Σατύρῳ οὕτως ἁπάντων μεταμέλει τῶν πεπραγμένων, ὥστε πίστεις τὰς μεγίστας αὐτῷ δεδωκὼς εἴη, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔτι μείζω πεποιηκὼς ἧς εἶχε πρότερον, | καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν εἰληφὼς γυναῖκα τῷ αὑτοῦ υἱεῖ. § 48. ὅτε μὲν — τότε μὲν —, ἐπειδὴ δὲ — τηνικαῦτα κτέ.

Homoioteleuta autem ab Isocrate ita comparata esse solent, ut duo exitus inter se consonantes coniungantur[2]); cf. XVII 7. παραδοῦναι — ἔξαρνον εἶναι — φαίνεσθαι — πεισθήσεσθαι. 10. σιγῶντι μὲν — ἀπεστερῆσθαι —, λέγοντι δὲ — κομίσασθαι. 45. συνειλημμένον — ἀφῃρημένον. μένειν — εἰσπλεῖν. 56. συκοφαντήσων — ἐγκαλῶν. 29. ἀφέσεως — ἀποδόσεως. Tres: § 5. παραλαβεῖν — (εἰσπλεῖν) κελεύειν — ἐξαιτεῖν. Homoiocatarcta habes haec: § 34. σεσημασμέναι — κατεσφραγισμέναι, ἐφυλάττοντο — ἔκειντο. 15. ἡγούμενος — οἰόμενος.

Aliis locis Isocrates figuras illas consilio euitasse uidetur; cf. XVII 33. ἀνοίξαντα τὰς ὑδρίας καὶ τοὺς κριτὰς ἐξελόντα. 35. μέλλοντος Στρατοκλέους εἰσπλεῖν εἰς τὸν Πόντον —, τὸ μὲν αὑτοῦ χρυσίον ἐμοὶ καταλιπεῖν.

Iam restat ut pauca disserem de altera illa lege, quae ad euphoniam pertinet (cum de hiatu iam antea dixerim), in arte rhe-

1) Dion. cap. 20. ἥ τε γὰρ περίοδος ἐκμηκύνεται πέρα τοῦ δικανικοῦ τρόπου, καὶ ἡ σύνθεσις ἔχει τι τοῦ ποιητικοῦ, τό τε σχῆμα τῆς λέξεως ἐκ τῶν ἐπιδεικτικῶν εἴληπται παρισώσεων καὶ παρομοιώσεων κτέ. —

2) Blass. Eloqu. Att. II. p. 164.

torica Isocratis praecepta[1]): *(δεῖ δὲ ἐν τῇ λέξει τὰ φωνήεντα μὴ συμπίπτειν· χωλὸν γὰρ τὸ τοιόνδε) μηδὲ τελευτᾶν καὶ ἄρχεσθαι ἀπὸ τῆς αὐτῆς συλλαβῆς.*

Quod praeceptum quanquam Isocrates in uniuersum seruauit, interdum tamen uiolatae regulae exempla reperiuntur, quae eiusmodi esse solent, ut *κακοφωνία* efficiatur particulis *μὲν*, *ἂν*, articuli formis; cf. XV 331. *ἐπαινοῦμεν μὲν.* V 78. *οὐκ ἂν ἀντειπεῖν.* 89. 98. In orationis Trapeziticae § 22. *πρὸς μὲν Μενέξενον.* 42. *οὖσαν ἀνδρός.* 49. *ἐλεύθερον ὄντα.* 9. *με μετὰ.* 11. *μοι οἱ.* 42. 49. 38. Sed ex uno loco conspicitur, Isocratem euitare studuisse illum concursum uerborum simplici ordine mutato. § 43. *Πασίων δ' Ἀρχέστρατόν μοι τὸν ἀπὸ τῆς τραπέζης ἑπτὰ ταλάντων ἐγγυητὴν παρέσχεν.*

Iam nonnulla exempla transpositionum addere uolo, ubi Isocrates neque hiatus euitandi neque euphoniae studio commotus est[2]); quae reperiuntur in omnibus orationibus, plerumque ita, ut *οὗτος*, *ὅσος* et similia pronomina et adiectiua seiuncta sint a substantiuo. XVII 34. *τοσαῦτα μέλλοντες χρήματα κερδαίνειν.* 3. *οὐδεμίαν ἄλλην εὑρίσκων ἀπαλλαγήν.* 11. *οὕτως ἁπάντων μεταμέλει τῶν πεπραγμένων.* 32. *τούτους ἔλεγε τοὺς λόγους.* 36. *ἐμοὶ δὲ μέγιστ' ἔσται τεκμήρια.* 44. *ἡγούμενος πίστιν ἔχειν ἱκανήν.* XV 34. X 6. VII 83. 84.

Sed iam dissertationem ad finem perduxi, cum iterare nolim ea, quae iam a Blassio exposita sunt[3]), artificiosam dispositionem, accuratam argumentationem, alia, e quibus Isocratis ratio cognoscitur.—

Confido autem, me nonnihil contulisse hac dissertatione ad diiudicandam quaestionem, quae est de orationis Trapeziticae ortu Isocrateo.

---

1) Eloqu. Att. II. p. 133 sq.
2) Blass. Eloqu. Att. II. p. 142. et III 2. Nachträge.
3) Eloqu. Att. II. p. 173 sq. 213.

UITA.

Paulus Ludouicus Galle natus sum Dresdae pridie Idus Iunias a. h. s. LIX. patre Ludouico, quem ante hunc uicesimum annum praematura morte absumptum esse uehementer doleo, matre Amalia e gente Behr, quae quod adhuc sit superstes maximae mihi est laetitiae. Fidem profiteor euangelicam. Primis litterarum rudimentis in ludo publico et in eo, qui a latomorum societate administratur, imbutus inde ab anno aetatis decimo quarto egregia disciplina scholae Sanctae Crucis et gymnasii Regii Dresdensis usus sum. A. h. s. LXXIX. maturitatis testimonio instructus Lipsiam me contuli, ut philologiae studiis incumberem. Scholas ibi per octies sex menses horum uirorum doctorum frequentaui: Biedermanni, Braunii, Curtii, Ecksteinii, Heinzii, Langii, Lipsii, Meyeri, Ouerbeckii, Ribbeckii, Struempellii, Voigtii, Wenckii, Zarnckii.

Proseminarii philologici sodalis fui per tria semestria, seminarii philologici Regii sodalis extraordinarius per sex menses, ordinarius per bis sex menses, historici per sex menses, paedagogici per annum. Praeterea contigit, ut particeps essem exercitationum per annum societatis grammaticae Curtii, per sex menses societatis antiquariae Romanae Langii, per duos annos societatis antiquariae Graecae Lipsii, quibus uiris omnibus optime de me meritis summas habeo gratias semperque habebo.